<i>μονοφαγία, eorum qui soli edunt.</i>	105.a
<i>Moses, libri de mundi origine author, diuino numi-</i> <i>ne afflatus.</i>	4.b
<i>Mouſt, μευσός.</i>	53.b.72.b
<i>Mouton, Gall. vnde natum sit.</i>	103.a
<i>Moth, dire moth, à μυθεῖ,</i>	59.b
<i>Mothés musicorum, à μυθεῖ dicuntur.</i>	59.b
<i>Moy, soy, soy, aliud sunt, quam moi, toi, soi.</i>	48.a
<i>Mutæ nouem Græcorum.</i>	41.b. 42.a
<i>Mutationes multas in originibus inuestigādis fieri,</i> <i>nec mirum esse, nec insolitum.</i>	144.a
<i>Mundus vt frequentes incolas acceperit.</i> II.b.12.a	
<i>μύδη, μύση, muffer.</i>	45.a
<i>μύνη, myne Gall.</i>	44.a
<i>μύση, mynffer.</i>	45.a
<i>μυθεῖ, loqui, vnde musici suas mothés nominant.</i>	
<i>59.b</i>	
<i>N</i>	
<i>v literæ consideratio.</i>	65.a

I N D E X.

<i>Natura ab inchoatis ad perfecta contendit.</i>	21.b
<i>vōχελίζημ, non chailloer.</i>	65.b
<i>Nochi liberi, tres.</i>	13.a
<i>Noctua, churette, cheueche.</i>	102.a
<i>Noīſe, & faire noīſe, vnde orta.</i>	108.b
<i>Noix, nux.</i>	132.a
<i>Nominum Gallicorum productio seu terminatio in singulari, imitationem Græcorum habet.</i>	130.a
<i>Nominū Gallicorū terminationes seu productiones tot sunt, quot literæ apud Latinos.</i>	131.a
<i>Nominum inflexionem Galli ab Hebreis habent, non à Græcis.</i>	129.b
<i>Nominibus propriis locorum Galli semper præpositiones adiungunt, ut Græci.</i>	148.b
<i>Nō chaillent, vōχελής, & nō chailloer, vōχελίζημ.</i>	65.b
<i>Normannicè loqui, non est Gallicè loqui.</i>	15.b
<i>vōsos, non solum morbus dicitur, sed omnis animi perturbatio.</i>	105.b
<i>Nouiomagum, à Mago Ditis filio conditum.</i>	24.a
	O
<i>O articulus in vocandi casu Gallis quoque cū Græcis & Latinis est communis.</i>	108.a
<i>O & u cognatio.</i>	124.b
<i>O interdum in e mutatur.</i>	53.b
<i>Ober, siue hober, id est, moueri, à σοβεῖμ dictū.</i>	72.a
<i>Oc Aquitanicum vnde natum.</i>	142.a

I N D E X.

- | | |
|--|---------|
| Oer, & er differentia in infinitis modis verborum Gallicorum. | 136.a.b |
| Oe diphthongus Gallis retinenda. | 141.a |
| Ocher Gall. ab ὄχειψ sensim mouere. | 70.b |
| Ochre Vnde ortum. | 100.a |
| Oi diphthongi Gallica consideratio. 53.a.b.122.b.
123.a. & 140.a | |
| Oi, aut ois diphthongis finita verba, aut nomina Gallica, y non recipiunt. | 48.b |
| Oie Vnde dicatur. | 101.a.b |
| Oients (audientes) scribendum, non oiantur. | 118.b |
| Oignon, seu potius onnyon à νεόμυνοι ortum est.
65.a. 97.a | |
| ōiūs. mis̄. gal. belic̄tre. | 53.b |
| Olbius, Gallorum rex. | 28.a |
| Omaille pro toto ouium genere Vnde natū. | 103.a |
| Oppignerare, ἐγχιρέζειν. | 83.b |
| Oreigle, ab auricula ductum. | 102.a |
| Orguilleus & orgueillir, ὁγύλλος, & ὁγύλλεα. | |
| 57.a | |
| Oriens omnis olim Greco sermone usus. | 17.b |
| Origo etiam sermonem arguit. | 15.a |
| Origo in omni orthographia spectata. 108.b.122.b.136.b | |
| Origo obscura & deformis nemini vitio verti debet. | 23.b |
| Originis populi alicui indagatio perdifficilis. | 21.a |

I N D E X.

<i>In Origine Verborum, que & quot necessaria.</i>	43.b
<i>Originem Verborum scrutantes, diuersitatem mu-</i>	
<i>tarum nouem Græcarum tenere debent.</i>	42.a
<i>Orler, orlées, & orleûre vnde oriuntur.</i>	89.b
<i>Orthographia vt seruetur semper origo vnde ali-</i>	
<i>quid ortum sit, spectanda est.</i>	46.b. 108.b. 137.b
<i>çœ̄s, & ðœ̄s Græcorum, Galli per qui & lequel ex-</i>	
<i>primunt.</i>	61.b III.a
<i>Ou consonantem Picardi conseruare videntur in</i>	
<i>multis dictiōnibus quarū g prima est litera.</i>	62.b
<i>ou diphthongi Græcæ consideratio.</i>	53.b
<i>Ou diphthongi ineptus usus multorum.</i>	124.b
<i>Ou Gallicum, ou est il, vnde ortum sit.</i>	142.b
<i>Ou pro u non pronunciandum.</i>	124.a
<i>Oueille, vel potius ouegle, ab ouicula ortum.</i>	102.a
<i>Oui Gall. vnde ortum.</i>	142.a
<i>Oultrecuidé, à uudisq.</i>	58.a
<i>Our, pro eur, in iis nominib⁹ que à Latinis in ore ex-</i>	
<i>eunt orta sunt, antiqui pronuciabant, vt doctor,</i>	
<i>doctour, &c.</i>	82.b
<i>ὭειὪ, ventus secundus, & prosper.</i>	53.b
<i>Ὥρουδη, inuadere, heurter.</i>	53.b
<i>Outrager, ὀυταχή.</i>	53.b
<i>P</i>	
<i>Π literæ consideratio.</i>	66.a
<i>ω in quas literas mutetur.</i>	42.b

d

I N D E X.

<i>ω in b v interdum mutatur.</i>	87.a
<i>P & u simul scribenda nō sunt in translatione verborum, nisi sint in origine.</i>	138.a
<i>Pages corruptè, rectè paies, dicuntur pueri illi quos circum se habent principes, à Græca voce nōis.</i>	66.a
<i>Paler Gallicum vnde natum.</i>	76.b
<i>Paillarde vox Gallica ut fiat à voce παλλακή Græca.</i>	71.b
<i>πᾶψ, vnde & ban Gallicum.</i>	54.b
<i>Pantoufles vnde dicantur.</i>	93.b
<i>Paôur, monosyllabum, pauor.</i>	115.a
<i>Papetier, papyri confector & venditor.</i>	115.a
<i>Partant, ou pourtant, Græca imitatio est, ηιὰ τέτο.</i>	149.b
<i>Paragoge etiam dicitur paralepsis.</i>	72.a
<i>παραχλεῖψ, nugari.</i>	77.a
<i>παραχλεῖψ, σ παραχλεῖψ, sermo.</i>	77.a
<i>Parêce, ab ἀκοδίᾳ dictum.</i>	59.a
<i>Pareceus Gal. pro pigro, non pareffeus, scribedum, & vnde dicatur.</i>	59.a. & 71.b
<i>Parentum auaritia, filiorum discendi cupiditatem sāpe non retardat, sed extinguit.</i>	2.b
<i>Paris, à quo Parisii, Gallorum rex.</i>	28.a
<i>Parisii ad Celtas pertinent.</i>	16.a
<i>Parlamenti nuncupatio vnde orta.</i>	76.b
<i>Parole, à παραχλεῖψ fluxit.</i>	77.a.b

I N D E X.

<i>ταρρόςχοις, negligentia, contemptus.</i>	59. <i>a</i>
<i>Part, pars.</i>	114. <i>a</i>
<i>Participia Gallica quando per a, & quando per e scribēda sint, canon, ut aimāts, preuoīēts.</i>	119. <i>a,b</i>
<i>Pas, passer, passage, à phāsē Hebraïco orta videri possunt.</i>	68. <i>a</i>
<i>Passer, à ταρρόσχῳ.</i>	60. <i>b.</i> & 68. <i>a</i>
<i>Patroni causarum laudandi qui sint.</i>	53. <i>a</i>
<i>Patroni olim apud Druidas causas suas Gracē a-gebant.</i>	53. <i>a</i>
<i>Paucitas hominum post inundationem, ut multi- plicata.</i>	12. <i>a</i>
<i>Pays pro patria ineptè scribitur, cùm scribendum sit pas.</i>	49. <i>b</i>
<i>τεινόψ, piker.</i>	46. <i>a</i>
<i>Peller, λεπίκηψ.</i>	59. <i>b</i>
<i>Pentecostes die linguarum Unio facta, ut in Babel confusio.</i>	10. <i>a</i>
<i>Peregrini titulo inscriptus liber Gallicus.</i>	133. <i>b</i>
<i>Pergula quasi reticulum appellata.</i>	97. <i>a</i>
<i>Peryon corruptè scribitur, cum Perion scribendum sit.</i>	50. <i>a</i>
<i>Pers unde natum.</i>	100. <i>a</i>
<i>Persil, petroselinum.</i>	96. <i>a</i>
<i>Petrir, à τεινόψ</i>	66. <i>a</i>
<i>Petrus Perionius, Ioachimi Perionij ex fratre ne- pos, ab ipso Ioachimo Gracē & Lat. institut.</i>	1. <i>a</i>
	<i>d ij</i>

I N D E X.

Φliteræ consideratio.	69.a
Phalego principe confusio linguarum euēnit.	12.a
Φαιδ̄s, laterna, vnde falor Gall.	70.a
Φαλ̄ιζ̄μ, folier.	45.b
Φαῦλος, faul, & mutatione au in o, fol.	45.b
Φελ̄cs, suber.	93.b
Φερέσιν, id est, firmus & certus.	85.b
Φιμή, & fama, alterum ab altero ductum.	43.b
Philosophi, apud Gr̄cos.	36.b
Philophia vox y non admittit.	52.b
Phocŷ, qui & Phocenses, Massiliam condidere.	
	39.a
Φολ̄ds, ridiculus, à quo fol Gallicè.	70.a
Φονδ̄s, interfector, borreau.	81.a
Φοξ̄, foison.	45.a
Φοζ̄ιωμ, fardeau.	42.b. & 68.b
Φεουρ̄ειρ, excubare.	91.b
Φεούρ̄ιορ, locus munitus.	91.a. Vnde Φεουρ̄ειρ, excu-
	ibidem.b
Phrygum & Aegyptiorum contentio de antiqui-	
tate.	5.b. & dein.
Pic, Picus, avis.	102.b
Picardi, Belḡe.	16.a
Picardi, Aruerni, Allobroges, & Aquitani me-	
lius e in quibusdā vocabulis pronunciant, quam	
ceteri Galli.	117.a
Picardi & Normanni differenter oi diphthōgum	

I N D E X.

<i>pronunciant.</i>	123.a
<i>Picardi Gr̄ecorum uol, quasi mi pronunciant.</i>	53.a
<i>Picardice loqui, non est Gallicē loqui.</i>	15.b
<i>Pieu, à pedamento dictum.</i>	98.b
<i>Pigeon, puon scribēdum.</i>	101.b
<i>Vnde dicatur.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Piler, à πιλέη.</i>	66.a
<i>Pilori, ἀρχὴ πιλέη.</i>	66.a
<i>Pinthe, à πίνθη ortum.</i>	65.b
<i>Piquer, vel potius piker, τελχηρ.</i>	46.a
<i>Piscis, poisson, non poisson.</i>	140.a
<i>Pitriou Vnde ducatur.</i>	101.a
<i>Piuerd, quasi picus viridis, ex duobus nominibus vnam.</i>	102.b
<i>Piuerees flores Vnde dicantur.</i>	100.b
<i>Placart, à πλάξ, πλακός.</i>	66.a
<i>Plaider, plaid, plaideus, seu plaideux Vnde nata.</i>	41.b
<i>Pleges, à prædes ortum.</i>	83.a
<i>Plicare, plier & ploier.</i>	98.b
<i>πληνίκος, litigiosus, Gall. plaidoir, ἀρτή πλη- νίκεος.</i>	41.b
<i>Plom & plomier Vnde dicantur.</i>	98.b
<i>Plongeon auis Vnde dicatur.</i>	100.a
<i>Plonger Vnde ortum.</i>	100.a
<i>πλύνειρ, lauare.</i>	100.a
<i>Poictron, anus Picardicē, πρώκτορ.</i>	60.b
<i>ποινή, pæne Gallicē.</i>	44.a

d ij

I N D E X.

<i>Polemarchi, recte dicantur quos mareschalcos vocant.</i>	75.b
<i>Pomper, ἀπὸ τῆς οὐμωτερᾶς. 63. a. aut à Pompa Latina voce.</i>	ibidem.
<i>Porrée vel porreau, porrum.</i>	96.a
<i>Porpoineū, vel propoineū unde natum.</i>	97.b
<i>Poullains unde dicantur equorum pulli.</i>	104.a
<i>Pouls Gal. à dictione pulsus, per apocopen.</i>	72.b
<i>Pouoir, ineptè scribitur: cū scribēdū sit pouer.</i>	136.b
<i>Præcepta quanuis generalia nisi exemplis illustrentur, obscura esse solent.</i>	50.a
<i>Præceptoris in discipulum non officia, sed beneficia habenda sunt.</i>	28.b
<i>Præclarū nihil est, quod nō idem difficile sit.</i>	120.b
<i>Præcones κήρυξes dicti.</i>	78.a
<i>Præpositiones cum aduerbiis Galli perinde ut Graeci coniungunt.</i>	148.b
<i>πρεγύνειη, apryuager.</i>	65.a
<i>Preſt & preſter unde ortum habeant.</i>	85.a
<i>Præteriorum Gallicorū ſcribendorum ratio.</i>	137.b
<i>Præteriorum genera duo apud Gallos.</i>	134.a
<i>Prætexta, brodeûre & broderie.</i>	90.a
<i>Preuoints Gal. à præudentes ut formetur.</i>	119.b
<i>Primæ tātū ac mediæ literæ & syllabe in similitudine verborū quæ orta sunt, ſpectandæ.</i>	44.a
<i>Priue, προῦνος.</i>	66.a
<i>πρέβατοη, brebi.</i>	42.b

I N D E X.

<i>Procureûre, procuratrix, vxor procuratoris regij,</i>	
<i>non procureuse.</i>	112.b
<i>Productio, id est, terminatio.</i>	130.a. & 137.b
<i>Pronominum Gallicorum ratio.</i>	141.b
<i>Pronunciandumne sit ita ut scribitur, & contrâ.</i>	
<i>116.a.b. & 117.a</i>	
<i>Pronunciatio naturalis in simplicibus & priuatis</i>	
<i>hominibus magis retinetur.</i>	121.b
<i>Proparalepsis quid.</i>	71.b
<i>Propre Gal. quasi πρεπεπον.</i>	72.a
<i>Prothesis quid.</i>	71.a
<i>Prou Gall. pro eo quod est multū vnde natū.</i>	144.b
<i>Prouoients (prouidentes) scribendum, nō prouoiant</i>	
<i>118.b</i>	
<i>Prulini, Perioniorum maiores ex matre.</i>	121.b
<i>¶ literæ consideratio.</i>	70.b
<i>Psammetichus Aegyptiorum rex.</i>	5.b
<i>Φαφαγός; blaſfar, vel blaſphar.</i>	70.b
<i>Psaultier, à Λαλθέω.</i>	70.b
<i>Ἄλλος, & Ἀλλίζειν, beille & beiller Gal.</i>	70.b
<i>Puerorum ingenia ad licentiam proclivia.</i>	8.a
<i>Puis coniunctio Gallica vnde fluxerit.</i>	148.a
<i>Pyctonum senarchus.</i>	76.a
<i>πῦρ, feu.</i>	45.a
<i>πυρέου, rufum.</i>	100.a
<i>Pyrum, poyre, non poire.</i>	140.a
<i>Pythagoræ apud suos authoritas.</i>	13.a

d iiiij

I N D E X.

	<i>Q</i>
<i>Quand ie deburoie mourir, scribendum, Can ie deb-</i>	
<i>uroie mourir.</i>	147.b
<i>Quelqu'vn, pro quelque vn.</i>	128.a
<i>Quenoille, à colo deductum.</i>	80.a
<i>Querqueda, à Græco verbo cercos dicta.</i>	100.b
<i>Quinter, à νύπτιου ortum.</i>	66.b
	<i>R</i>
<i>P literæ consideratio.</i>	67.a
<i>Raier, pro dolore, ἀπότελεσμα.</i>	67.a
<i>Railler, vnde natum.</i>	105.a
<i>ράγωσις, ranander.</i>	58.a
<i>Raptasser, ἀπότελεσμα, id est, à suendo ortum.</i>	
67.a. et 71.b	
<i>Raser, à γαλέρη ductum.</i>	67.a
<i>Rat vnde dictus sit mus.</i>	104.b
<i>Raue, rapa.</i>	138.a
<i>Re syllaba finitū præsens infiniti modi Gallici quo-</i>	
<i>modo faciat sua præterita.</i>	138.a
<i>Rebours, à γαλῆ ortum.</i>	67.a
<i>Recieunants, sine recinatis Gallice vnde manarit,</i>	
119.b	
<i>Recreance vnde ortum habuerit.</i>	83.a
<i>Recte ut scribas, Verbi cuiusque origo spectanda est.</i>	
118.a	
<i>Reges & indices elegantiū loqui solent.</i>	19.a
<i>Reges vel autoritate, vel amicitia subditos ad</i>	

INDEX.

<i>suos mores attrahunt.</i>	32.a.b
<i>Regulæ de accentibus Gallicis.</i>	II2.a.b
<i>Reimber quid sit, & unde ortum.</i>	67.a
<i>Reiouir, gaudere, & gaudio afficere.</i>	86.a
<i>Relativa Galli duobus modis exprimunt, Latini uno tantum.</i>	III.a
<i>Res publicæ, que publicè geruntur.</i>	33.a
<i>Rerum omnium infantiam esse, adolescentiam medium etatem, senectutem.</i>	20.a
<i>Reticulatæ fenestræ, treiglis vocantur.</i>	97.a
<i>Retorner, à reuertor ortum est.</i>	80.a
<i>Reuer, reuerie, ortum habent à Græcis ἐμβῆμ, &</i> <i>ἐμβασμός,</i>	65.a
<i>Reuer, ἐμβῆμ, vacillare, & errare.</i>	54.a
<i>ἐμβασμός, reuerie.</i>	54.a
<i>ἐμβῆμ, errare & mutare animo, reuer. 65.a. Irritum aliquid facere.</i>	67.a
<i>Rhemus Gallorum rex, inde Rhemi populi.</i>	28.a
<i>Rhomus, à quo Romandi, Gallorum rex.</i>	27.b
<i>Rhue Gall. via Latine, à ὕποτε Græco ortum.</i>	87.a
<i>Riglyce, unde natum.</i>	98.a
<i>Robe, à λόπη voce Græca.</i>	64.b
<i>Rober, derober, à Græcis dictionibus λωποδυτζῖμ,</i> <i>& λωπίζημ ducuntur.</i>	66.b
<i>Roc, rochier, à ῥοξ, yos.</i>	64.a
<i>Roi, vel roy, roe potius scribendum origo declarat.</i>	
	122.a.b

I N D E X.

- Romani Gallos uti suis legibus omnibusque iuris
formulis coegerunt.* 40.b
- Romani nobiles Massiliam disciplinæ literarum-
que causa venire soliti.* 39.a
- Romania oppidum.* 28.a
- Romarin, rosmarinus.* 96.a
- Ronsler, à ἐγένετο χρονικού ortum.* 67.a
- Roßignol, inepte scribitur per ff duplex, cum per
sc scribendum sit.* 101.b. *Vnde ortum habeat.
ibidem.*
- Rothomagum, à Mago Ditis filio conditum.* 24.a
- Rous & rousseau, in quibus dicantur.* 99.a
- Rue pro herba, à ruta dictum.* 96.a
- Rues pro iis quos vicos vocant, à pūpū ortum ha-
bet.* 87.a
- Rustici forensia vocabula sæpe melius tenet, quam
urbani.* 34.a
- Rustici melius veterem linguam custodiunt.* 77.a.
- & 79.b
- Ryde, à ἐγένετο, id est ortum.* 67.a
- Rydeaus vel a lectorum, à Graeca voce ἐγένετο dicta.
67.a*
- Rhythmicorum error in orthographia.* 122.a
- S*
- Σ literæ consideratio.* 67.b
- S in primis & secundis personis verborum plurar-
lis numeri ultima scribenda, non z.* 52.a

I N D E X.

- | | |
|---|--------------|
| <i>Sin r interdum mutatur.</i> | <i>89.a</i> |
| <i>S magis pronunciandum esse vbi scribitur, quam detrahendum.</i> | <i>117.a</i> |
| <i>S, non z in omni inflexione nominum tam Latinorum, quam Græcorum in accusandi et dandi casibus ultima scribitur.</i> | <i>51.a</i> |
| <i>S pronunciando quæ virtus committi possunt.</i> 68.a.b | |
| <i>Sæpe non pronunciatur, etiam si scribatur.</i> 67.b | |
| <i>σ simplex apud Græcos non aliter ac duplex pro-nunciatur.</i> | <i>55.b</i> |
| <i>S tantum ad singularem numerum in plurali addunt Galli.</i> | <i>130.a</i> |
| <i>Sabod, vel potius cabod, ἀπὸ τῆς οὐαλοποδίου dictū</i> | |
| <i>72.b</i> | |
| <i>Sacre, accipitrum genus unde dictum.</i> | <i>102.a</i> |
| <i>Safre, σαφρόμ.</i> | <i>42.b</i> |
| <i>Saie, interior vestis, unde dicatur.</i> | <i>89.b</i> |
| <i>Saisie, actio vendicandi, et saisir, unde oriuntur.</i> | |
| <i>81.a.b. et 82.a</i> | |
| <i>Saison, seu potius caison, à dictione uocis ducta.</i> | |
| <i>63.a</i> | |
| <i>Sale, ab οὐλῆ ortum habet.</i> | <i>67.b</i> |
| <i>Samothes, qui et Dis, primus Gallie rex.</i> | <i>29.b.</i> |
| <i>Is primus in Celtis colonias fundauit.</i> | <i>22.b</i> |
| <i>Samothei quandiu dicti sint Galli.</i> | <i>26.a</i> |
| <i>Sanriete, à satureia dictum.</i> | <i>96.a</i> |
| <i>Sarcler, à σιαλωδῷ.</i> | <i>63.a</i> |

I N D E X.

<i>Saro Magis regi filius.</i>	24.a
<i>συέπη, integumentum.</i>	89.a
<i>Science scribendum ac pronunciandum per e, non per a.</i>	117.b
<i>Scoti multa verba Graeca in sermone suo usurpat.</i>	18.b
<i>Scribæ & exceptores, Druidum tempore Græcè do cti erant.</i>	35.b
<i>Scribarum forensium consuetudo mutanda.</i>	47.a
<i>Scribendi consuetudo, que.</i>	46.b
<i>rectè Scribendi regula prima, nosse dictionis cuius- que originem.</i>	118.a
<i>rectè Scribere, non cuiusvis est, sed docti.</i>	120.a
<i>Scythæ, à Scytha dicti.</i>	26.b
<i>Seigneur Vnde ortum sit.</i>	82.b
<i>Selle, Ελλα.</i>	44.b.67.b
<i>Semus primus Nochi filius.</i> 12.a. quò cōcesserit ha- bitatum.	13.a
<i>Semi filij.</i>	13.a
<i>Senarchus & Senarchia, pro seneschalcus & se- neschalcia rectius dicatur.</i>	74.b. & 75.a
<i>Sener vel cener, ξαύρη Græcè.</i>	66.a
<i>Seneschancée & seneschal nomina Vnde mana- rint.</i>	74.b
<i>Sententiæ à Druidibus iudicibus Galliæ, Græcè pronunciabantur.</i>	35.a
<i>Sententiæ in senatu Gallico Latine scribi desitæ.</i>	35.b

I N D E X.

- Separa, orientalis mons.* 14.a
Septuaginta duorum Christi discipulorum mysterium. 14.b
Sequani Heluetios non intelligunt, cùm vtrique Galli sint. 16.a
Sergens, non rectè clientes, sed præcones, vel viatores vocandi sunt. 80.a. quæ sit eius dictionis origo. ibidem
Sergentum nostrorum munus cum n̄q̄n̄w̄p munerere collatum. 80.b
σεριζειν, constringere, vnde serrer Gal. 67.a
Sermo certus nullus à natura homini datus. 6.b
Sermo diu unus omnium hominum fuit. 3.a
Sermo omnis aut natura paratur, aut arte queritur. 29.a
Sermo quo primi alicuius loci incolæ v̄si sint, vt indagari possit. 21.a
Sermo suus cuiusque populi is est quo promiscuè docti & indocti v̄tuntur. 21.b
Sermo, v̄sus est & consuetudinis. 6.a
Sermo vulgi & sermo doctorum in omni populo differunt. 21.b
Sermonis barbari puritate gloriantium vanitas. 18.b
Sermonis mutandi corrumpendique causa, temporis ratio, hominūmque studia. 19.a
Sermonis principium à natura tribuitur, v̄sus con-

I N D E X.

<i>suetudinis est.</i>	6.a
<i>Sermonem quo Adamus & Eva, eorumque posteri usque ad inundationem vni sunt, principatum inter sermones omnes obtinuisse.</i>	5.a
<i>Sermonem suum vnde acceperint Galli.</i> 29.b. is <i>qui fuerit.</i> ibidem	
<i>Serrer geminum apud Gallos, geminum habet ortum.</i>	67.a
<i>S' est mon, pro sic est, vnde natum.</i>	146.a
<i>Seruientes, sed barbarè, olim dicti nostri præcones, seu viatores: & eorum munus seruientela.</i> 80.b	
<i>Seur, securus: sœur, soror.</i>	141.a
<i>Seure chôse, res tuta & secura.</i>	115.a
<i>σκαλέειν, sarrire, vnde sarrer.</i>	63.a
<i>σκιονες, bestiola mustela similis.</i>	67.b
<i>Si don Gallicè, à Græco ei' oū ortum habet.</i> 147.b	
<i>Si pro sic, Gallicè, & pro an, & ne dubitationis & interrogationis.</i>	146.b
<i>Significatio similis esse debet, vt verbum unū ab altero dicatur ortum.</i>	43.b
<i>Similes homines qui dicantur, qui dissimiles.</i>	43.a
<i>Similitudo pulchra.</i>	18.b
<i>Similitudo quid sit in origine verborum ex aliqua lingua.</i>	43.a
<i>Similitudo verborum quæ orta sunt, quibus in literis ac syllabis spectanda.</i>	44.a
<i>σμοις, tristis, Gallus dicitur, qui est en esmoi.</i> 65.a.	

INDEX.

Et 67.b	
sōl, ut pronunciandum.	53.a
Sophistis, id est, magistris, publicè apud Gallos, perinde atque medicis mercedes constitutæ.	39.b
Soub, ab ὑπό.	67.b
Souliers unde dicantur.	93.a
Souper unde dictum.	105.a
Souri, à forex dicitur.	104.b
σέλλημ, id est, disponere, unde estaller.	63.a
σερεοῦ, ερ σερέωμα, Gal. estéier, Et estéie.	68.a
Strabonis Graci scriptoris testimonium de Gallo- rum studio Greco lingue.	39.a.b
Stradiot, à στρατιώτης dictum.	67.b
Σερύδιος, austroche.	53.b
Studiorum fructus expectari quis debeat.	8.b
Studiorum publicorum prima apud Gallos insti- tutio.	24.a
σύφαμ, obstruere.	67.b
Sueui, à Sueuo dicti.	26.b
Superlatiui Galici quam imitationem habeant. 132.b. Et 133.a	
Supinis Et gerudiis carent Galli perinde ut Gra- ci.	134.b
Sus, ab ὕπερ.	67.b
Syer, à ξύδη.	66.a
Syllaba priore manente in transferendis vocabulis non multum est de posteriore laborandum.	80.a

I N D E X.

<i>Syllabarum inuersio in originis verborum indaga-</i>	
<i>tione sepe facienda.</i>	98.a
<i>Syllabas duas esse quæ alioqui diphthongus vide-</i>	
<i>retur, ut notari possit.</i>	49.b
<i>Syncope, quid.</i>	72.a
<i>Syre, imò cyre, & cyeur, quibus cōpetant, & vñ-</i>	
<i>de orientur.</i>	82.a
<i>Syri vnde orti.</i>	14.a

T

<i>ꝑ literæ consideratio.</i>	59.b
<i>ꝑ̄ literæ consideratio.</i>	68.b
<i>ꝑ Græcum ut t Latinum apud Gallos interdum in</i>	
<i>c & in f mutatur.</i>	89.a
<i>T in participiorum Gallicorum numero multitudi-</i>	
<i>nis scribitur quidem, sed non pronūciatur.</i>	120.a
<i>T literam Galli sāpe inter concursum duarum vo-</i>	
<i>calium interponunt, l'aimet il? pro l'aime il.</i>	128.b
<i>Tablier, quo feminæ præcinctuntur, vnde dictum.</i>	
<i>91.b</i>	
<i>Taille, in malam partē, à ταλαρός, vel ταλαρός, quod</i>	
<i>est miser.</i>	68.a
<i>ταλαρτόνη, balancer, & τάλαντον, trutina, à</i>	
<i>quo Gallicè balance.</i>	68.b
<i>ταμεῖν, secare, vnde c' ταμεῖν, entamer.</i>	69.a
<i>Tanné, & tanne brun, qui colores sint.</i>	99.a
<i>Tané, & taner, à τάναος, & τανύχη orta.</i>	68.a
<i>Tas, à τάξις.</i>	66.a

I N D E X.

<i>Tā̄tēip, Tā̄gēip, taxer.</i>	<i>65.b.</i>	<i>Et Tā̄gis, taxe.</i>	<i>ibidē</i>
<i>Tē apud Turones lutum, à Græca Voce tēvay</i>		<i>Ortum.</i>	<i>68.a</i>
<i>Teiller, Vñllei⁹.</i>			<i>45.a</i>
<i>Templete, à temporibus.</i>			<i>91.a</i>
<i>Temporis speciem, quo quicque fit, Græci in patrio casū ponunt.</i>			<i>108.a</i>
<i>Temporū ratio hominūmque studia sermonem mutant corrumpuntque.</i>			<i>19.a</i>
<i>Tenfer, obiurgare, Vnde ortum.</i>			<i>105.b</i>
<i>Terminationes nominum, productiones eleganter dicantur.</i>			<i>131.a</i>
<i>Terminationes nominum Gallicorum quam imitationem habeant.</i>			<i>131.a.b</i>
<i>Tether, à τεχηλούνειαι ductum.</i>			<i>60.a.b</i>
<i>Theion Et théie apud Picardos, à θῖος, Et θῦα dicuntur.</i>			<i>60.a</i>
<i>Θηλάζει, lactare Et lactere.</i>			<i>60.a</i>
<i>Θλίβεσαι, et θλίψι, thrauiller, Et thrauail.</i>			
<i>60.a</i>			
<i>Θολεῖ, turbare, Vnde thouiller.</i>			<i>60.a</i>
<i>Thorax, vestis genus, quo thorax Et pectus tegitur Et munitur.</i>			<i>97.a</i>
<i>Thringue, ἀπὸ τῆς θρήσκου dictum.</i>			<i>57.a</i>
<i>Thuer, ἀπὸ τῆς θύει.</i>			<i>59.b</i>
<i>Thuerie, θυσία.</i>			<i>67.a</i>
<i>Thym, à thymo dictum.</i>			<i>96.a</i>

e

I N D E X.

Tien, tuus.	114.a
in Tierfinitis Gallicis vocabulis tetrasyllabis, aut suprà, duæ syllabæ extremæ pro una capiuntur.	
114.b	
Tifer, vel tipher, séφηψ Græcè.	68.a
UN dyp Gal. teiller.	45.a
Tinter, à tinnitu & sono.	66.b
Torche Gallicè, à torquendo dicta, quòd fila tor- queantur.	70.a
Tort, pro iniuria, vnde dictum sit.	78.b. & 79.a
TOUT' ēst, id est, Gall. c'est, cum hoc addito, a dire.	
128.a	
ΤΕΧΥΗΜΑΤΑ bellaria, vnde dragée.	57.a
in Transferēdorum vocabulorum origine inquiren- da, maximè animaduertenda est significatiōnis similitudo.	80.a
Transire fines præcepti.	134.a
Transitus, pro morte apud ecclesiasticos.	133.b
Trape, trapu, τραπείωσ.	65.b
Treigle vnde dictum.	97.a
Treiglis, in feneſtris vnde dicantur.	97.a
Tres Gallicæ particulæ vsus in explicanda super- latini vi, vnde manarit.	132.b
Trespasses vnde manarit ea vox.	133.b
Truiorū lingua olim yfi Galatæ, seu Gallogræci. 17.b	
Teis particulæ vsus qualis sit.	132.b

INDEX.

<i>Troiani Greco sermone vrebantur.</i>	<i>32.b</i>
<i>Trou, à Græca Voce Σύπηλα ortum.</i>	<i>65.a</i>
<i>Trouer, à περ τοις Συντάχτησι.</i>	<i>66.b</i>
<i>Truie, dictio à sue orta.</i>	<i>103.b</i>
<i>Συγωθεῖται, gaudir.</i>	<i>105.a</i>
<i>Turones, Pyctones, & Britones lingua differunt.</i>	
<i>15.b</i>	
<i>Turonum regio quam parua.</i>	<i>34.a.b</i>
<i>Turris Babylonice edificande occasio.</i>	<i>3.a.b</i>
<i>Typher, ἀπὸ τοῦ τυφόεδας.</i>	<i>70.a</i>
<i>Tyerer, ἡ τοῦ τυφείου.</i>	<i>68.a</i>

V

<i>V litera ut ou diphthongus pronuncianda non est.</i>	
<i>123.b</i>	
<i>Vaillents Gall. qui dicantur.</i>	<i>95.b</i>
<i>Vandali, à Vandalo dicti.</i>	<i>26.b</i>
<i>Velours vnde dictum.</i>	<i>90.b</i>
<i>Vendenge corrupte scribitur, cum scribendum sit vendenie.</i>	<i>57.a</i>
<i>Ventrale, deuantal.</i>	<i>92.a</i>
<i>Veoer, non veoir, scribendum.</i>	<i>136.b</i>
<i>Verbū infiniti modi apud Gallos perinde ut apud Grecos, adiectione articuli, vim nominis substantiū obtinet.</i>	<i>110.b</i>
<i>Verbum vnu ut ab altero ortum dicatur, que sint necessaria.</i>	<i>43.b</i>
<i>Verba Gallica que à Latinis oriuntur, plures quam e ij</i>	

I N D E X.

<i>que à Græcis Veniunt, mutationes patiuntur.</i>	71.b
<i>Verba quæ in regia finguntur. facile in ysum homi- num Veniunt.</i>	32.b
<i>Verra, castratus porcus, à verre voce Latina flu- xit.</i>	104.a
<i>Versus quis intelligatur.</i>	25.a
<i>Vesperna, cœna.</i>	105.a
<i>Vestis interior, & vestis exterior.</i>	68.a
<i>Vicum ineptè dixeris, quod rūe Galli vocant, cùm via dicenda sit.</i>	87.a
<i>Vilein, βλευόθης.</i>	54.b. & 71.b
<i>Vilenie, à Græca voce βλένθι.</i>	72.a
<i>Ville Gal. pro oppido, unde ortum.</i>	86.b
<i>Violaceus color non solus purpureus dicitur, sed & albus & luteus.</i>	94.b
<i>Violarum plura esse genera.</i>	94.a.b
<i>Virgilius Homerum imitatus in quamplurimis. 133.a</i>	
<i>Vis Gal. quæ cochleæ sunt, per quas ascendimus, à vertendo dictæ sunt, quod eas ascēdentes nos Ver- tamus, quod virer dicitur.</i>	87.a
<i>Vitement, à velociter aduerbio ortum.</i>	144.a
<i>Vlmus, orme & humeau.</i>	132.a
<i>Vmbra colores obscurat.</i>	99.b
<i>Vndulata vestis, chameLOT.</i>	90.a
<i>Vocabula iisdem etiam syllabis constantia, non ta- men ex eodem orta.</i>	43.b

I N D E X.

<i>Vocales α ε ι ḡ ο, quas alias adsciscunt.</i>	45.a
<i>Vocales Græcorum septem.</i>	44.b
<i>Voste Gal. pro camera, seu testudine, vnde ortum habeat.</i>	88.b
<i>Vouloér, pro velle, scribendum, non vouloir.</i>	136.b
<i>Vox primum missa ab homine, nō probat eius antiquitatem gentis quæ ea vñatur.</i>	5.b
<i>V pupa, à cantu puput vocata.</i>	102.b
<i>V duorum sequentium qualis sit pronunciatio.</i>	
	124.a
<i>Vulgi incultior est sermo, quam magistratus aut principis.</i>	19.b

X.

<i>ξ literæ consideratio.</i>	65.b
<i>X inepte scribitur plerisque Gallis in articulis danni casus in numero multitudinis.</i>	108.b

Y.

<i>v ḡ n in quas Vocales mutentur.</i>	45.a
<i>Y corruptè scribitur in multis Gallicis vocabulis, quæ à Græcis non sunt orta.</i>	46.a.b
<i>y ḡ z in iis duntaxat scribendæ, quæ illas habent apud Græcos.</i>	52.b
<i>y ḡ z Latini à Græcis mutuati sunt.</i>	46.b.47.a
<i>y passim scribendo, Galli multi peccant.</i>	118.a
<i>y quādo scribendum in diphthongo Gallica.</i>	140.a

Z.

<i>ξ literæ consideratio.</i>	59.a
e ij	

I N D E X.

- | | |
|---|-------|
| <i>ꝝ assumpta est litera, s insita.</i> | 52.b |
| <i>ꝝ in a ⲙ in i mutatur nonnunquam.</i> | 48.a |
| <i>ꝝ interdum in i mutatur, ῥιλούσιε.</i> | 59.b |
| <i>ꝝ literæ abusus multorum in dictionibus quibus e extrema litera accentu acuto notatur.</i> | 52.a |
| <i>ꝝ literæ ratio, eadem quæ ⲙ y non nisi in iis verbis que à Grecis eam habentibus orta sunt, scribatur.</i> | 46.b |
| <i>ꝝ quando scribenda sit.</i> | 50.b |
| <i>ꝝ nunquam scribendum, nisi id origo verbi doceat.</i> | |
| | 122.a |
| <i>Zetus primus in Aegypto dynastes.</i> | 20.a |
| <i>ꝝ ujòv, iugum factum, mutatione literæ ꝝ in i.</i> | 84.a |

F I N I S.

ERRATA SIC CORRIGE.

Fol. 12.	pag. 1.	ver. vlti.	Atque utinam tibi.
23	1	vlti.	Sed si nihil.
Ibidem	2	3	concederem.
27	2	4	dicat.
32	1	antepen.	qui Hectoris filius.
37	1	11	Video, inquit.
45	1	18	scapus.
47	2	6	Libya.
Ibidem	2	10	Pyramis, pyra, pyrum.
53	1	8	apud Græcos.
60	2	5	In non nullis 8.
61	1	2	Græcos us
75	1	8	confirmant declarantque.
Ibidem	1	10	mutatio illam.
78	1	2	κῆρυκες
80	1	12	possis
82	2	13	Deo tribuimus, cùm
84	1	24	Hæc, inquam
93	1	2	caligas
97	1	19	fenestres a treiglis.
98	2	13	inniti
Ibidem		16	Genere autem.
Ibidem		21	vim ingenij
101	1	1	à cauda
104	1	7	A caballo
105	1	antepen.	id est,
112	1	12	vt melius
Ibidem		14	intelligatis,
113	1	1	accentus præcepta tradis.
114	1	3	cætera quæ
115	1	vlti.	censerem.

I O A C H I M I PERIONII BENE DI-

*Etini Cormœriaceni de linguae Gallicæ
origine: eiūsq; cū Græca cognatione
dialogorum liber I.*



Vm abhinc fermè decennium
academia Lutetiāq; Parisiorū
relicta , in qua viginti propè
annos in diuinarum humana-
rūmque disciplinarum studio consumpse-
ram, me Cormœriacum, id est, in patriam
retulisse: me quidem cum plerique alij sa-
lutandi causa adire cœperunt, tum Petrus
Perionius Ioannis fratris F. quem Lutetiæ
quādiu in studiis humanitatis versatus est,
cùm mecum habitaret, & Latinis semper
& Græcis literis ex quo primū idoneum
aptūmque eius ingenium animūmq; per-
spexeram, erudiuisse: frequens in eo offi-
cio fuit. Is quidem cùm sermo esset inter
nos ferè de literis, primo suo aduentu que-
rere à me cœpit , quos ad illud tempus li-
bros edidisse: , quidque tum in manibus
haberem, perficeréque cogitarem. Cūmq;
non eos modò quos iam tum in lucē pro-
tulisse: , ei enumerarem, verū etiam in

A

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

Bibliotheca proferrem ac explicarem, in iisque permulti essent, quos à Græcis, maximè ab Aristotele transtulisse, nec ille tum finem quærendi quid instituerem scribere, faceret: libenter feci, ut ei præsertim non iniqua petenti satisfacerem. Eos enim omnes quos & iam ingressus essem, & in animo haberem scribere, ordine nominaui: quo ipse laudato instituto meo vniuersè, priuatim ac propriè de vnius libri ratione, quem de Gallici sermonis origine, & præsertim de eiusdem cum Græco consensione & cognatione scribendum suscepissem, se velle non tam mecum disputare dixit, quām à me discere. Quem ego sermonem inter nos in multis nec continuis diebus habitum, literis mandandum putavi, vt si quid hac parte prodeesse possem, cū ad exterros, si qui sortè huius sermonis nostri discendi cupiditate ducūtur, quos permultos esse scio, tum ad meos ciues atque Gentiles, fructus perueniret. Eius ergo ita natum, ductūmq; est exordium. Cū inter nos, vt sit, consalutauissemus, ac de non nullis rebus collocuti, in Bibliothecā consendissemus, prolati sunt primū ij libri singillatim, quos ad illud tēpus edidissem:
dein-

deinde tota Bibliotheca inspecta, sic or-
sus est, Mihi quidem cùm sæpe, patrue, ex
quo Lutetia Pictauium iuris ciuilis discen-
di causa patris iussu & accitu veni, permo-
lestum fuit, quòd non eo animo, quo & e-
go debui, & tu voluisti, in literis Græcis
versatus sum: tum ij ipsi libri, quos de Græ-
cis abs te ex eo tempore conuersos modò
vidi, veterem dolorem non solùm non le-
nierunt, sed etiam vehementer auxerunt;
Eos enim progressus doctore te in his stu-
diis facere me potuisse nunc demum sen-
tio, qui me cùm ad studia humanitatis, tū
ad ius nostrum ciuile paratiorem reddidis-
sent, nec solùm paratiorem reddidissent,
verùm etiam eas artes quarum in me facul-
tas est, si qua fortè est, ornassent: vt nō mo-
dò de omnibus rebus quæ in disputatio-
nem cadunt, verùm etiam de hoc instituto
nostro subtilius vberiúsq; differerem. Sed
quoniam partim mea, partim patris illa
culpa est, hòc faciliorem me habebis dispu-
tatem, quòd non tam differere me pos-
se profitear, quàm velle ac debere diffe-
re. Tum ego, Veteris, inquam, instituti mei
recordatione Petre, quo & te & condisci-
pulos tuos docere olim solitus eram, par-

A ij

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

tim voluptate , partim tristitia me afficis.
Cùm enim mihi in mentem venit tua ista
commemoratione, quantæ mihi curæ tua
condiscipulorūmque tuorum eruditio fue-
rit, præsertim alium studiorum cursum te-
nenti : nonnullam ex eo animo percipio
voluptatem. At cùm rursus memòria re-
peto vestram omnium in me audiendo at-
tentionem, descendique cupiditatem, quā
parentum vestrorum siue avaritia, siue in-
dulgentia nō retardauerit, sed extinxerit:
non possum equidem non mœrore affici.
Magnum enim fructum diligentiae ac la-
boris mei nunc caperem, si cùm discipulos:
omnes, tum vnum te quò propius me at-
tingis, eos progressus in Græcis disciplinis
ac literis fecisse animaduerterem , quos te
modò facere potuisse dicebas . Nam hæc
studia Græcarum literarum non solum or-
namento, vt ais, essent iis artibus quibus es-
præditus, eique iuris ciuilis scientiæ quæ in
te est: verùm etiā maximo & adiumento ad
intelligendū, & ad animi curas solatio: in
primisq; cùm in cæteris, tum in hac dispu-
tatione nostra subtilem copiosamq; tuam
redderent orationem. Sed tamē quoniam
de lingua nostræ, quæ tibi notissima est, o-
rigine,

rigine, eiisque cum Græca coniunctione ac societate, omnis instituitur disputatio: tibi verba deesse non poterunt, quibus vel mihi assentiare, vel me sententiamq; meā refellas. Non animum, iam vt dixi, inquit, ad reprehendendum paratum, sed ad audiendum descendūmque affero. Tanta enim Græci sermonis discendi cupiditate ducor, vt si mihi per fortunas liceat, nunquam nisi eo penitus cognito animus meus conquiescat. Itaque mihi iucunda omnis hæc futura disputatio est, qua me abs te doctorem abiturum esse spero. Si ergo ita tibi videtur, age ordiamur. Tum ego, Quoniam, inquam, sermonem quo in Gallia vtimur, è Græco magna ex parte fluxisse documentum suscepi, hoc me ita rectè facturum arbitror, si id maximis grauissimisque rationibus confirmauero. Te quidem tenere existimo, quonam sermone primi illi homines vñi sint. Fuit enim is vñus omnium diu, ad id tempus, cùm illi multò post inundationem illam qua omnes qui vbiique erant homines exceptis octo, vt ait B. Petrus in posteriore epistola, interierunt, audacia temeritatēque prouecti turrem, quæ altissimum quemque montem superaret,

A iij

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

ædificare cœperunt, eo consilio vt antè quām totum orbem incolendum inter se partirentur, ea re nomen suum celebrarent. Eam eluuiem, inquit, te dicere arbitror, quā Homerus, Aristoteles, Ouidius, cæterique prophani authores tradiderūt. Non eam, inquam, dico: neque enim ea vera sunt quę illi tradunt, omnésque & nomi num hominum, ac locorum, & temporum errore inscitiāque lapsi sunt, quæ omnia facile docerem, si essent huius instituti. De sermone enim Gallorum, non de rebus dis putamus. Expone igitur, inquit, quæ ad rem pertinent. Sermo is, inquam, quo tum omnes homines vtebantur, Hebraicus suis se dicitur. Sed quoniam illa turris ædificatio præsertim quam arrogantia procura- ret, Deo ingrata fuit, vnū sermonem quem nonnullis Hebraicum fuisse placet, in mul- tos variisque diuisit atque distinxit. Quo factum est, vt cùm illi ædificantes alij alios non intelligerent, ædificare destiterint, aliique alio habitandi causa, sicuti statuerat, se cōtulerint. Tum Petrus, quī scis, inquit, an tum omnes Hebraico sermone vteren- tur? Eum inquam, fuisse placet compluri- bus, iisque & maximis viris & grauissimis au-

authoribus: sed adduci non possum ut illū ipsum fuisse credam. Nām si, vt est in eo libro scriptum, qui est de mundi origine, Deus eam linguam quam tum omnes vna vterentur, ita confudit, vt vnuſquisque vocem alterius non audiret nec intelligeret, non video quid causæ sit, cur Hebraicus primus ille sermo fuerit, magis quām aut Græcus, aut Latinus, aut alijs atque diuersi. Si enim vnuſquisque eorum vocem alterius non intelligebat, & vt primum conatus illos suos minūs procedere intellexerunt, cum hac linguarum multitudine ac varietate totum orbem sibi obeundū pergrandūmque nouis quærēndis sedibus censerunt: cur eos qui in hanc Galliam nostram primi habitandi causa venerunt, aut in Italiam, aut in Hispaniam, aut in Germaniam, aut in alias Europæ regiones, & in Aphricam, & in Asiam Hebraico sermone vſos esse negabimus, & eos qui in Palæstinam migrarint, solos eodem vſos esse concedemus? Nam aut vnuſ aut duo, aut alij certo numero, aut omnes eo vſi sunt. Si vnuſ, primūm cur eum in Palæstīnam potiūs quām alio migrasse dicemus? Deinde quī doceri potest, cæteros qui eodē

A iiiij

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

profecti sunt, huic vni obtemperasse, vt neglecta lingua quam quisque cognitam haberet, istius vnius sermonem approbarent? Duos autem aut plures eundem tum sermonem tenuisse, dicere non possumus, cùm planè disertéque Moses auctor libri, quem modò nominaui, cùm diuino numine afflatus esset, vnumquemq; proximi vocem non audiuisse scribat. Et certè si plures eodem usi essent, cœptum opus conati essent absoluere. Tum Petrus, Multū quidem, inquit, hæc patrue valent ad faciendam fidem, non solùm Hebraicum sermonem cæteris antiquitate non præstare, sed etiam ad persuadendum, nullum eorum quos quisque proponat, in eo genere obtinere principatum. Et tamen non est dubiū quin aliquo sermone vsi sint, cùm idē Moses eodem loco scribat id quod paulò antè à te dictum memini, terram vnius tum, vt ita dicam, labij ac sermonis fuisse. Rectè putas, inquam, eāq; omnia quæ adhuc cōclusi, contra eos valent, qui quanuis linguam de principatu & antiquitate contenedre cōfirmant: sed cōtra eos potissimum qui Hebraicum sermonem primū esse volunt, quoniam hoc agebamus, valere eadē volo.

volo. nec contra me valere possunt, quippe qui nec possim nec ausim ullum in eo genere reponere. Valerent autem, si Hebraico hac quasi laude fraudato, alterū ea ipsa gloria excelluisse dicerē. Sed non sum ita amens, aut immemor. Tu ergo nullū, inquit, nominare habes, qui illum obtinuerit principatum. nullum, inquam, Petre. hoc enim tantūm cōfirmare possum, eum quo primi illi homines, parentes generis hominū, Adamus & Eua vſi ſint, eorūmq; posteri vſque ad inundationem, cuius paullò antē mentionem fecerim, principatum obtinere. quis autem is fuerit, non possum dicere. Multi tamen, inquit, populi de eo contendisse dicuntur. Multi, inquam, fateor, contenderunt, sed quām infirmis rationibus omnes id docuerint, ex iis quæ Deus librorum scripturarūmque ſanctarū monumentis prodi voluit, intelligimus. Te enim legiffe arbitror ea omnia quæ apud Herodotum & Iuſtinum Aegyptij, & Scythæ, itēmque Aegyptij atque Phryges ſecum facere volunt, vt generis ſui vetuſtam cæteris persuadeat. Quid illud eſt tandem, inquit? Hic ego, Herodotus, inquam, principio libri ſecundi ſcribit, cùm Aegy-

IOACH. PER ION. DE LINGVÆ

ptij ante Psammetichum regem se omnibus populis antiquitate præstare dicerent, eum iam imperatorem periculo quodam didicisse Phrygibus huius certaminis concedendam gloriā Ægyptiis, si cæteri in hoc certamen descenderent, esse tribuendam. Eum enim pueros duos à primo ortu pastori cuidam inter pecora educandos tradidisse commemorat, ita tamen, ut neminem coram eis loqui vellet: quod quòcmodius fieret, in casa conclusos relinquit iussit, caprásque quarum mammas suggerent, admoueri. Cùm autem duos annos compleuissent, pastorem ingressum, infantes porrectis manibus beccus magna voce clamantes vidisse, nec primo solum eius aduentu, verùm etiam sèpius. quod cùm Psammeticho exposuisset, eámque vocem ipse eos edētes audiuisset, nec quid ea vox significaret, intelligeret, eundem interrogantem quid illa declararet, cùm panem ea Phrygum lingua significari comperisset, ea re Ægyptiis persuasisse antiquitatem generis cōcedendam esse Phrygibus. Leue id quidem certè, Petrus inquit, argumentum est, aut nullum potius, cū ouium & caprarum inter quas illi iussu regis educati

cati erant, vocem esse sciamus. Itaque non mirum est, si eam primam vocem miserūt, quam vnam didicerant. Ita est, Petre, inquam. & præterea quæ ratio est, ex prima voce æstimare generis antiquitatem, nec expectare potius dum plenum sermonem proferrent? Fuisse enim tum distincta eorum oratio. Quanquam ne tum quidem alio sermone eosdē usutros fuisse arbitror. Sermo enim usus est ac cōsuetudinis, principium eius à natura tantum tributum est. Itaque tale absoluitur, quales sunt ii inter quos & cum quibus viuimus. Germanus puer inter Gallos educatus, Gallicè non Germanicè loquitur. quod eodem modo de cæteris iudicandum est. Itaque miror esse qui existiment, si quis hodie puer inter feras educetur, cum Hebraico sermonē usum esse. Suntne qui ita putant, Petrus inquit? Sunt sanè & quidem homines doctissimi: audiisque nonnullos qui dicerēt, si facultas detur, eius rei libenter se facturos esse periculum. Quenam autem tua de hac re sententia est? Mihi quidem, inquit, stare tuo iudicio certum est, præsertim cū hoc totum ad naturam referendū sit, quæ nobis tantum, ut paulò antè dicebas, initia

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

sermonis dedit, sermonem autem certum nullum, sed eū modō quo animi sensa exprimere possimus. De Ægyptiorum Phrygumque contentione dixisti. nunc de illa quæ inter eosdem Aegyptios & Scythas de antiquitate generis fuit, audire cupio, nisi forte molestum est. Nō est molestum, inquam, sed vereor, ne longius à proposito aberremus. Mihi quidem non videris, inquit: sed tamen, si ita tibi videtur, faciamus, ut eo vnde huc delapsa est, sc̄e nostra referat oratio. Eos quidem reprehendebas, qui Hebræicam linguam cæteris antiquitate antecellere iudicant. Ita est, inquam. Sed eásne rationes tenes, quibus eorum sententiam refelli. Tenere me, inquit, arbitror. Si eas, inquam, tenes: (neque enim alias afferendas puto, ne longior in eo oratio ponatur) ex iis non solùm illud effici intelligis, sed etiam falsum esse id quod iidem afferunt, reliquorum populorum sermonem ex illo fluxisse, & quasi delibasse eius quandam particulam. Nam si docere non possunt, illum esse primum omnium, nec id quod consequens est, sermonem aliarum gentium ex eo quasi ex fonte fluxisse possunt. Præterea si omnes, vt est

vt est in libris diuinis scriptum, illa sermo-
nis confusione deterriti, sedes sibi alii in a-
liis locis quærendas putauerunt, & vnuſ-
quisque loquentem alterum non intellige-
bat: alterutrum concedendum est, aut no-
uo sermone vnumquæque semper postea
vſum esse, aut omnes qui vno in loco sedes
rerum suarum collocassent, eo qui com-
munis esset omnium. Prius non esse dan-
dum facile intelligis. Posterius ergo, quod
quemadmodum vſuenerit, videamus. Mi-
hi quidem videntur cùm principiò, vario
sermone vſi essent, pedentim ac sensim
postea vſu vnum triuisse & approbasse cō-
muni omnium voluntate atque sententia.
Nam nec eum statim quem cuique Deus
in illa confusione tribuerat, obliuisci po-
tuerunt, nec tam varius ac multiplex ser-
mo si integer mansisset, eos in vnum coa-
lescere siuisset. Quid ergo illius secum o-
mnes afferre aut ipſi tenere memoria po-
tuerunt, cùm eo minimè vterentur? imò
verò cùm vnuſ tantummodo vteretur? In-
telligis, Petre, quorsum hæc mea speſtet
oratio? Intelligere mihi, inquit, video. Vis
enim hoc effici contra eos quibus cæteras
linguas ex Hebraica natas esse placet, par-

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

ticulam nullam eius cæteras ex ea duntas-
xat linguarum confusione cōsecutas. Hoc
ipsum, inquā. Si enim is qui vnuis Hebrai-
co sermone vtebatur (fuisse autem vnum
aliquem qui eo vteretur, damus, nec plu-
res concedere possumus, nisi, vt antè do-
cui, scripturis diuinitus traditis & scriptis
planè aduersari placet) si inquam is ipse a-
liò, exempli gratia, in eam regionem, quæ
pòst Italia nuncupata est, migrasset, quis
linguam Hebraicam eo in loco, in quo v-
su approbata est, disseminasset atque do-
cuisset? Omnia enim linguarum atque
sermonum qui vbique celebrantur, in illa
confusione & quasi permixtione princi-
pium quoddam extitit: quod ad vnum tan-
tum hominem pertinuisse iam sæpe diu-
nis oraculis demonstrauimus. Vnusquis
que enim vocem alterius non exaudiebat,
id est, vt mihi quidem videtur, non intelli-
gebat. Nam si hoc ad auditum solum re-
feramus, quis locus erit linguarum confu-
sioni? Quòd si absurdum illud videatur
quod hinc videtur effici, tot fuisse tum lin-
guarum genera, quot homines fuerint: vt
aliam horum verborum sententiam esse
velint, at certè nunquam obtinebunt, He-
braicum

braicum sermonē cæteros antiquitate vincere. Si enim eam velint illorum verborū esse sententiam, vt dicant, non ita vnumquemq; tum alterius vocem intellexisse, quasi vnusquisq; nouo sermone vteretur, sed quòd vt quisque ad turris ædifieationem adhibebatur, ita nouū inusitatūmque sermonem proferret, aut quoniam non vocem alterius, sed proximi scriptum est, nomine proximi intelligendus sit, non quiuis, sed is demum qui cuique proximus atque vicinus erat in excitando ædificio: eodem semper reuoluetur oratio. Semper enim hoc in cōtrouersiaversabitur, Hebraicūsne fuerit sermo is quo homines ad illud tēpus vñsi fuissent: quod nec illi docere posunt, & nos eodem fere modo refellemus. Multis tu quidē hunc locū, inquit, conclusis, patrue, non tam oratorū more q̄ dialecticorum. Itaque suavitatē elegantiāmq; orationis intelligo, vim argumentorum, quoniam, vt scis, à grammaticis & rhetoribus ad ius ciuile vocatus sum, aut detrusus potiūs, non intelligo. Id scio, inquam, nec sine maximo dolore recordari possum. Factum autem hoc est, siue tua culpa, qui vt sunt puerorum ad licentiam inge-

nia procliua, tantùm ad ius ciuile aspira-
res, quòd maiorem tibi viuendi vt velles,
libertatémne dicam an licentiam? in aca-
demiis in quibus illud ius traditur, pro-
positam videres: siue patris, qui partim ti-
bi maluerit, quàm mihi credere, partim
ista ratione celerius te ad quæstum perue-
nire posse putauerit: quasi verò eum stu-
diorum fructum potissimū exspectare de-
beamus, nō libero homine dignum ocium
& oblectationem. Sed quoniam præterita,
vt ait ille, reprehendi magis possunt, quàm
corrigi: tu si minùs vim argumentorū in-
telligere potes, at certè quò spectent, &
quid efficiant, dubitare nec potes, nec ve-
rò debes. Quo enim modo Lucis in foro
vel agere causas posses, vel alio agente, re-
spondere ac defendere? Bona verba quæ-
so, Petrus inquit. Vtriusque culpam illā es-
se fateor, sed magis in vitio est pater, qui ti-
bi id quod mihi molestum est ad com-me-
morandum, fidele ac vtile & mihi & sibi
consilium danti habere fidē noluerit: qui-
bus caufis ductus, non dicam, ne vel à te
dissentire videar, si eas negem veras esse
quas attulisti, vel si veras esse concedam,
malè de parente existimare. Non solùm
pru-

GALL. CVM GRÆCA COGNAT.

prudenter, inquam, facis, sed etiam pudenter & amicé. Sed his omissis, ad propositum reuertamur. Intelligo, inquit, id quod vis esse necessariū, quò spectent argumenta tua. Conclusum est enim à te, primum sermonem non fuisse eum, qui Hebraicus nominetur. Ex quo etiam illud vis effici, cæteras linguis ex ea ortas nō esse: quo posito, atque concluso, illud sequi video, Gallicum nostrum ab eo non habuisse originem. Hæc, inquam, efficiuntur omnia: sed sermonis nostri originem ad illud tempus referri volo, quo aliqui in hac regione quā Gallia vocamus, illinc profecti, primi habitauerunt. Cur ad illud tēpus, inquit, sermonis nostri refers originem? Nostrum, inquam, ex Hebraica sermone fluxisse, tu nego, quòd cùm docuerim linguam illam non fuisse primam omnium, ex eo efficiatur necessariò, eam nostro sermoni ullum principiū dare minimè potuisse. Hoc, inquit, vclim etiam pingui, quod aiunt, Minerua doceas, & planiús. Faciam, inquam, ut intelligas. Hoc mihi tecum conuenit, quoniam conclusum est firmissimis rationibus, linguam illam antiquitate cæteras non vincere. Hoc, inquit, conuenit. Non

B

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

igitur prima est omnium . Hoc etiam, inquit , confessum est. Si non est, inquam, prima omnium, & tum cum vna omnes veterentur, illa linguarū secuta confusio est: aut Hebraica tum nata est, aut postea. utrū dare vis? Tum, inquit, ortū eius fuisse dare malo. Si tum ortus illius, inquam, ut concedis, fuit, quid de cæteris sentis? Idem, inquit. Quoniam enim linguarum tum illa euenit confusio, non video quā vnam ortā in illa confusione concedere possim, quin idem de cæteris fatear. Recte, inquam. Si hoc de vna non potes concedere, quin idem de cæteris concedas, præter illam primam quæ Hebraica, ut conclusum est, non fuit: cæteræ tum omnes natæ sunt necesse est. Necesse, inquit. Si cæteræ præter primam illam tum natæ sunt, earum est origo ciudem temporis. Eiusdem, inquit. Si reliquarum origo eiusdem est temporis, & eorum quæ ciudem sunt temporis non est prior vnius origo, quam alterius: earum omnium quæ in illa confusione ortæ sunt, non est prior vnius, quam alterius origo. Hoc etiam, inquit, negare non possum. Simul igitur, inquam, ortas esse debemus concedere. Mihi quidem, inquit, videtur, nec possum

GALL. CVM GRÆCA COGNAT. 10
sum contradicere. Eum autem sermonem,
inquam, qui Gallicus nunc dicitur, quod
sit Gallorum proprius, tum ortum esse ne-
gare potes? Non possum, inquit, quoniam
iam antè concessi non habere me, cur vñā
ortam linguā esse tum dicerem, negarem
alteram. Vides, inquam, Petre, quām altè
linguæ nostræ principium & originem re-
petam? Video, inquit, si modò illa confu-
sio varietatem linguarum omnium decla-
ret. Tu etiam ambigis, inquam, perinde
quasi hoc vi argumentorum & à veritate
coactus non dederis. Quid autem illa lin-
guarum confusio declarat, nisi multitudi-
nem varietatēmque linguarum quas tum
Deus impediendi consilij illorum hominū
causa in eis inseuerit? Quod etiam Deus
die festo qui Pērecoste dicitur, quod quin-
quagesimo à Christo excitato ab inferis
die euenerit, in discipulis declarauit. Sed
hoc interest, quod illiē confusio secuta est
linguarum tanta, ut nemo alterum intelli-
geret: hīc ita distinctè omnes Christi disci-
puli proferebant, ut vñusquisque eorū qui
Hierosolyma tum ex omni natione con-
uenissent, & illos ipsius sermone vti, & se
intelligere quæ dicerent, cùm incredibili

B ij

IOACH. PERION. DE LINGVÆ
admiratione profiteretur. Video, inquit,
effugere me non posse, quin sermonem no-
strum tum ortum esse concedam. Sed quid
tum postea? Si tum ortus est, inquam, &
Hebraicus etiam tum initium habuit, eo-
rūmque quæ simul orta sunt, non est prior
vnius quām alterius origo: profectò ex He-
braica lingua sermo noster nō fluxit. Hoc
etiam verū est, inquit: sed vide quò pro-
grediare, quāmque à teipse dissideas. Tuū
est sermonem nostrum à Græco ortum ha-
bere docere: & ista ratione non magis hoc
docere potes, quām modò de Hebraico do-
cuisti. Me tu quidem Petre, inquam, ista tua
captiosa reprehensione, si in conuentu im-
peritorum hominū disputaremus, pudore
afficeres: atque haud scio, an eis istud tuū
concludendi genus, captiosum esse persua-
dere possem. Neque enim imperitè est mul-
titudinis ista internoscere, quodq; primum
arripit, in eo ferè permanere & quasi adhæ-
rescere solet. Nunc soli sumus, inter nos
disputamus: hanc culpā non vereor. Quid
tu, inquit, mēne sophisten putas, qui nun-
quam versatus sim in dialecticis? Tu, in-
quam, perinde ista loqueris, quasi vero ii-
demum sophistarum partes agant, qui in
diale-

diale&ticis versati sint. Mihi crede, & confirmandi aliquid & refellendi tam verè q̄ falsò nobis à natura principia tributa sunt. Sed explica quæso, inquit, quodnam sit illud captiosum argumentandi genus, quo me vsum esse dicis. Ego quæ adhuc, inquā, de linguarum & antiquitate & origine cōclusi, ad illam confusionem semper retuli, non ad consequentia tempora, de quibus mox differemus: tu verò hæc ipsa ad omnia tempora me facis velle pertinere. Nūc demum, inquit, intelligo quid velis, nempe eum sermonem quo vñi sint ii homines qui has terras primi incoluerūt, nec à Græco, nec ab Hebraico duxisse originem. Breuis est, inquā, ratio, atq; necessaria ea, quā paulò antè attuli, omnes linguas tum simul præter primam qualis Hebraica non fuerit, ortas esse. Sequi nunc, inquit, arbitror, vt de sermonis nostri origine disseras. An non tibi, inquam, de ea adhuc disseruisse videor? Quid? nōnne primam eius originem ita ostendi, vt æqualem præcipuis linguis docerem esse? Putásne tu rectè de quaque re disputari posse, nisi ea tollantur primùm quæ in errorem nos possint inducere? & nisi altè atque à principio res

B iii

ipsa repetatur? Hoc quoniam confessum est, iam ad alia veniamus. Hæc omnia, inquit, te docuisse & scio & fateor, nec sum tam indoctus, quin intelligā, nec tam obliuiosus, quin probè recorder. Hoc ergo nūc à te audire volo, id quod me impulit, ut hunc tecum sermoneim instituerem & haberem, quænam sit nostri sermonis ex Græco origo, quāmque habeat cum eodem societatem & quasi cognationem. Huc, inquam, propero. Hoc primùm abs te quero, quos tu putas primos hanc regionem incoluisse, quam Galliam vocamus. Aliquos ex iis fuisse, inquit, arbitror, qui illa linguarū confusione adducti cœptum opus reliquerunt: qui autem fuerint illi, aut vnde, quib[us]que orti parentibus, quoniam ignoro, ex te cupio cognoscere. Non est, inquam, id quidem dubium, quin eorum ipsorum aliqui fuerint. In eo enim libro quem diuina mente permotus Moses de mundi origine scripsit, Deus illos omnes in viiueras orbis regiones dispersisse dicitur. Sed tamen queri rectè hoc loco potest, vtrum illi ipsi dispersi per totum orbem fuerint, an potius vicinas ac finitimas primùm regiones locaq; incoluerint, deinde eorū posteri remo-

GALL. CVM GRÆCA COGNAT. n
remotiora semper, quoad eas oras quas ha-
bitabiles scimus, & coli videmus, frequen-
tauerunt. Vtrum tibi, inquit, verius, aut ve-
ritimilius videtur? Mihi quidem, inquam,
videtur id verisimilius esse, quod poste-
rius dixisti. Neque enim tam pauci statim
incolere totum orbem potuisse mihi vi-
dentur. Sed unde tu, inquit, illos tam pau-
cos fuisse intelligis? Eorum, inquam, pau-
citatem primum tempus declarat, deinde
hominum ex quibus natū sunt, paucitas. Si
enim temporis quo alii ab aliis diuisi dis-
iunctique sunt, habeamus rationem, sexto
& sexagesimo anno post inundationem il-
lam qua vniuersum genuit homitum oīto
exceptis, interiit, Phalegum cuius tempo-
ribus confusio linguarum euenit, natum
esse reperiemus. Nam Semus primus No-
chi filius, Arphaxatem genuit biēnio post
inundationem, cùm centum annos natus
esset. Arphaxates, natus annos triginta
Heberum procreauit. Heberus quatuor
tantū & triginta, cùm Phalegum sustu-
lit, compleuerat. Quod totum tempus
quoniam breve est, in eo non potuit esse
tanta hominū multitudo, quæ sibi tot mū-
di regna, imperia, regionesque habitandi

B ivi

IOACH. PERION. DE LINGVÆ
causa peragrandas esse censeret. Multa mihi tu hoc loco patrue, inquit, de initio genneris hominum commemoras, quæ libenter attentéque audio, eoque libētiūs, quod ea non ex Hesiodo, Aristotele, Ouidio, ceterisque veteribus qui à vero omnes discerunt, sed ex scriptis diuinis de promas. Gratias, inquā, maximas Petre, Deo optimo maximo agere debenius, qui non est passus nos in istorū erroribus versari: eoque magis quod ab iis ortos nos, & multis sceleribus contaminatos esse recordemur. Ita est, inquit, yt ais: maximumque illud est Dei in nos charitatis argumentum. Sed vt ad propositum reuertamur, cùm illos finitima tantum loca incoluisse dicis, an negas plerosque aut aliquos principiō in hęc loca venire potuisse? Recte hoc quæris, inquam, quandoquidem id nobis videndum est. Non id nego, contraque cōfirmo, permultos vicina loca petentes, vi tempestateque delatos, vel etiam cæli statu adductos, & in eam regionem venisse, quæ Hispania dicitur, & in hanc quam Galliam vocamus, aliásque permultas. Qui autem fuerint, & quibus nati parentibus, quoniā paulò antè cuperē te scire dixisti, deinceps expo-

exponam. Cùm Nochis trés liberi essent, Semus, Iaphetus, & Chamus: Semus quidē eiūisque posteri Alix patrem illam tenuerunt, quæ ab Euphate usque ad Indię Oceanum pertinet. Iapheti autem liberi septem eorumque posteri à Taurō & Amano mōtibus in Asia usque ad Tanaimiamnem, & in Europa usque ad Gades, habitauerunt. Chami verò liberi quatuor totam illam regionem incoluerunt, quæ à Syria, Amanique & Libani montibus usque ad illius mare & Oceanum pertinet. Quem tu, inquit, authorem habes horum omnium? Iosephum, inquam, habeo Iudæum illum, qui diligenter studiosēq; antiquitates scrutatus est: atque is quidem in multis scriptorum diuinorum, quæ de ore mūdi loquuntur, autoritatē fecutus est: in aliis ea partim quæ à maioribus tradita accepérat, in aliis veterum historicorum qui de sua quisque gente aliquid scriptum reliquerunt. Quod si mihi fidem non habes hæc tibi ex illius sententia exponenti, cundem siue Græcum, siue Latinum adhibeamus licet. Apud me quidem, inquit, tantum valet auctoritas tua, ut quod Pythagoreos ait Cicero de magistro dicere solitos, αὐτὸς ζῆφα;

idem mihi ferè de te dicēdum esse censēā. Velle, inquam, hæc tu de me iudicio magis ductus & sentires & dices, q̄ abūdan-
tia quadam amoris. Scis enim quām hæc
præiudicia obesse possint. Itaque malim te
liberè quæ sentias dicere, & si quid aliter tibi
videatur cōtradicere, q̄ tantum mēx tri-
buere authoritati. In aliis quidem, inquit,
id sedulò faciā, etsi professus iam sum ante-
tea, me discipuli & auditoris potiūs animū
huc, quām disputatoris & contradicentis
attulisse. Cūm autem de scriptorum nomi-
nibus agitur, si semper libri euoluendi sint
illorum, multū illud cursum sermonis no-
stri retardaret. Proinde hæc à Iosepho tra-
dita esse concedo: quæ autē illa sint, in qui-
bus scriptorum diuinorum autoritatē se-
cutus sit, nunc velim exponas. Ita faciam,
inquam. Semum quidem apud Mosem in-
co libro, qui est de mundi ortu, scriptū est
liberos, ut dixi, quinq; susstulisse, Ælamīū,
Assurium, Arphaxatēm, Ludium, & Ara-
mīum. Horum duo sunt ex quorum nomi-
nibus facile intelligi potest, quibus populis
nomina imposuerint. Ab Assurio enim Af-
syrij appellati sunt, & in v mutatione: à Lu-
dio etiam eadem facta literarū mutatione,

Ly-

Lydij. Qui autem ab aliis tribus nominari
sint, non perinde perspicuum est. Sed tamen
ille ipse Iosephus ab Aelamio, quem Elymū
vocat, *Ælymæos* Persarum genus & prin-
cipiū, dictos esse vult. Arphaxad eos siue,
ut alij scribunt, Arphaxatæos, ab Arpha-
xate, eos appellatos, qui Chaldæi nominē-
tur, ab Aramio Araminos, quos Syros vo-
cemus. Hi oēs populi, inquit Petrus, procul
à nobis absunt, nec ab iis Gallos nostros or-
tos esse arbitror. Reetè putas, inquā. Horū
enim Arphaxatæi Hebræorum genus sunt
& origo: ceteri in sedibus suis morati sunt,
nec colonias misisse aut deduxisse dicūtur.
Quod etiā ex scriptis diuinis intelligi po-
test, quæ tradunt eos omnes intra Messam
& Sepharām orientalē mōtem habitasse.
Quos autem ille, inquit, nostrorum genus
fuisse confirmat? Gallorum, inquam, in re-
gionum locorūmque partitione mentio-
nem nullam facit. Neque enim quos Ga-
llatas à Græcis vocari dicit, iij Galli nostri
sunt, etsi verbum illud pro Gallis nostris
sæpe cùm ab aliis veteribus usurpetur, tum
ab Aristotele & Strabone: sed eos quos
Gallogræcos Liujius, Iustinus, ceteriq; La-
tini nominant. Hoc enim fines ac termi-

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

ni declarant, quos paulò antè ex eius sententia Iapheti liberis constitutos esse dixi. Quanquam autem eorum, ut dixi, mētionem nullam facit: tamen non est dubium, quin ipsi vel à Iapheti, vel à Chami liberis originem habuerint. Sed ab vtris, nec ex Iosepho ipso, nec ex Hieronymo, nec ex Arnobio, nec ex Eucherio qui illum secutus est, nec ex Beda & Adone qui hunc, cognosci potest. Aliquid ergo hi omnes, inquit, de his rebus scriptum reliquerunt. Reliquerunt, inquam, sed Arnobij rhetoris quem audiuit Laetantius, haud scio anterior sit, quam Iosephi sentētia. Hoc quidem ille tradit, quod Iosephus prætermisit, omnium nationum linguas quę in ædificatione turris Babylonicæ ortæ sint, numero esse duas & septuaginta, ita tamen, ut Semi posteri septem & viginti habuerint sermone barbarico, Chami autem liberi, duas & viginti, partim Punico, partim Latino, partim barbarico sermone: Iapheti verò, vario sermonetres & viginti. Næc frustra hunc linguarum numerum secutus est. Sunt enim qui eum numerum ut verum ex eo approbent, quod Christus duos & septuaginta discipulos delegerit.

Sed

Sed de Gallis, inquit, ne is quidem, ut paulò antè dicebas, quicquam explicauit. Ab vtris tādem eos ortos esse dicemus? Nihil, inquam, certum habeo quod dicam, nisi fortè hoc tibi placet, quod de eorū origine Julius Cæsar in commētariis scriptum reliquit. Illudne ais, inquit, quod ille in sexto libro tradit, Gallos omnes se prognatos ab Dite patre prædicare, idque à Druidibus proditū dicere? Illud, inquā, ipsum. Deus, inquit, ista prohibeat, nec tam nefariam miserabilémque nobis dederit originem. Credisne ista, patruē? aut Ditēmne istum pātrem aliquando hīc vixisse aut omnino fuisse existimas? Non credo, inquam, fictaque omnia esse puto poëtarum licentia, aut furore potius, quæ de isto Dite patre, id est Plutone traduntur. Si primam, inquit, Gallorum originem proferre non potes, nec quo sermone primi illi qui hæc loca incoluerunt, vñsi sint, potes dicere. Hoc, inquā, ex illo consequens videtur. Itaque non auſsim eo illos vñsos esse dicere quo nunc vtimur. Quid? túnc, inquit, lingua Gallos oēs inter se conuenire & consentire ais, quos Cæsar lingua differre tradidit, cùm eorum alios Belgas, alios Celtas, alios Aquitanos

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

esse dixisset? Cùm Gallorum, inquam, sermonem dico, cum dico qui propriè & omnino Gallorum dicitur, Scis enim nos cùm de cæteris sermo habetur, non eos Gallicè loqui solitos dicere, sed vel Picardicè, vel Nortmānicè, vel quoquis alio genere. Quis verò Heluetios & Britones Gallico sermonе vti concedat? & tamen Galli sunt. Me, inquit, admones, vt maiore sermonis quo Galli nunc vtuntur, varietatem, quām Cæsar is temporibus, animaduertam. Videtur enim ille cùm Belgas, Celtas, & Aquitanos lingua inter se differre dicit, significare Belgas omnes eodem sermone usos esse, Celtásq; eodem, & Aquitanos: & tamē Belgas diuerso varióque sermone vti vide-mus. Alio enī ij, quos Picardos vocamus, vtuntur: alio ij quos Flamingos, alio Heluetij, alio ij qui cis Rhenum habitant. Quod de Celtis eodem modo possumus dicere. Nam & Pyctonum, & Britonum, & nostrorum Turonum, aliorūmq; dissentientem diuersumq; sermonē esse scimus. Nec in Aquitanis minor varietas dissimilitudóq; animaduertitur. Ita est, inquam, ut ais. Rursus, inquit, Belgarum & Celta-rum quorundam sermonem non ferè dif-ferre

ferre cernimus: & tamen Belgas, Celtas, & Aquitanos lingua inter se differre dicit: quod cùm ait, non eā in illis dissimilitudinem intelligere arbitror, quam in Picardorum & Parisiorum sermone inesse perspicimus, quorum illi ad Belgas, hi ad Celtas pertinent. Mihi, inquam, idem videtur. Neque enim Cæsar eiusmodi sermonis dissimilitudinem, id est tam paruam, aut ferè nullam literis mandare voluisset, & illam quam in Celtarum lingua animaduertimus multò maiorem, noluisset. Quo fit, vt putem, id quod paulò antè dixisti, Cæsaris temporibus eam dissimilitudinem nō fuisse in Gallorum, quos Celtas vocat, & Belgarum lingua, quam nunc esse videmus tantam, vt nec Picardi Flamingos, nec Sequani Heluetios intelligent. Non est, inquit, dubium. Hoc etiā, inquit, cōcludendū est, iisdem temporibus similitudinē & societatem non fuisse tantam inter sermonē eorum Belgarū, quos Picardos vocamus, & eum quo Parisij vel Turones nostri vtrūt, quantam cernimus. Neque enim idem Belgas oēs à Celtis oībus lingua differre dixisset. Hoc etiā, inquit verū est. Sed difficilius est ad explicādū id quod sequitur, quo

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

tandem sermone Celtæ, quo Belgæ, quo etiam Aquitani tum vterentur. Illud etiam, vnde nata sit in sermone Celtarum qui tū idem erat, Belgarumque & Aquitanorum dissimilitudo. Hęc, inquam, sanè difficilia, maximēque supérius, de quo ita dicam, si antè de posteriore dixero. Mihi quidem videtur nouus aliorum hominum in has ipsas regiones aduentus, nouaque migratio linguæ causam mutationis dedisse. Nam cùm illi alio sermone vterentur, occupatis his regionibus siue iure belli, siue contra ius gentium, non est id quidem dubium, quin linguam suā refituerint, veteremq; loci illa sua cum admixta ei est, siue prescripto institutōque principum; ac necessitate, siue incolarum antiquorum voluntate, pedetentim ac sensim ab integritate synceritatēque sua desciscere coegerint, abit etiā funditus sustulerint. Quantum enim valuisse existimamus ad corrumpendum sermonem veterem Gallorum, siue Britannorum, siue Gottorum, siue Hunorum, siue Burgundorum, siue aliorum populorum in Galliam irruptionem? aut quid deleto patrio sermone, eas in ciuitates maritimas quæ Armorica dicuntur, nouam inusitatumque

támque prorsus linguam inuexit, nísi Britannorum in illas migratio? Hoc profectò, inquit, interdum mirari solebā, quòd Britones alii Gallico, alii peregrino sermone vterentur: sed hæc tua oratio facit, vt iam non mirer. Britannorum enim qui ex maiore Britannia quondam exisse dicuntur, aduentu factum esse puto, vt cùm omnes il li peregrina lingua loquerentur, partim suam retinuerint, partim Gallicam maluerint discere. Quanq̄ Beda contrà factum esse scribit. An non tu, inquam, Gotthos idem in Aquitania quandiu eam incoluerunt, fecisse existimas? Idem, inquit, eos fecisse arbitror, nísi quòd iis expulsis eorum fortassis sermo omnis simul eiectus & quasi explosus est. Quòd si tantum, inquam, valuit Gotthorum tua etiam confessione sermonis quasi contagio, quid de Francis qui primùm particulam quāndam Galliæ, deinde maiorem partem, ad extremum totam penè occupauerunt, existimare debes? Magnam illi quidem, inquit, mihi mutationem attulisse videntur, sed quoniā per pauci erant pro Galliæ magnitudine, nec vno tempore cunctam subegerunt, linguā corrupisse, non deleuisse ipsi videtur. Hoc

C

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

ipsum, inquam, quod ais, probabilius est: sed tamen haud scio an idem efficere potuerint, quod Hieronymus scribit Gallos fecisse in Græcia, cùm eam eius partem occupauerunt, quæ Gallogræcia à Latinis, à Græcis Galatia dicitur. Quid tandem, inquit, illud est? Scribit, inquam, in epistola secundi libri commentariorum, quibus epistolam Pauli ad Galatas illustravit: Galatas, id est, Gallogræcos, excepto sermone Græco, quo omnis oriens loquatur, propriam linguam cādem penè habere, quam Treuiros, nec referre, an aliqua exinde cor ruperint. Hæc Hieronymi verba, inquit, patrue, vehementer confirmant tuam sententiam. Atque hæc quidem vna, inquam, causa est patrii sermonis corruptionis. Alia est, finitimorum populorum inter ipsos communio, siue connubia spectes, siue leges, siue causas, siue mercaturam, siue aliā quamcunque rationem. Quam enim vim habuisse putas in ea Belgarum parte quæ Flamingia dicitur, ius illud prouocandi ad Senatum Parisiorum, quod ante annos triginta ibi valebat, ad linguæ nostræ cognitionem atque rationem? An non publicè in oppidis penè omnibus iisdem temporibus magistri pueros linguam nostram do-

cebant? Nónne permultos Lutetiam eius tantùm descendæ causa soliti erant mittere? Leges etiam communes, eadem instituta, eiusdémque regis ac principis gubernatio faciunt, vt Britones pedetentim abiecta patria lingua, nostram velint discere. Quinetiam studiorum in Academiis nostris cōmunio Germanos, Heluetios, Italos, Hispanos, aliōsque exterorū impellit, vt Gallicè scire velint. Quæ quidem causa et si leuis est, tamen augeri potest & amplificari studio hominum ac voluntate. Omnia autem causarū nulla maior esse debet, quām illarum trium linguarum quæ vbiique celebratæ sunt, Hebraicam dico, Græcam, & Latinam, aut alicuius earum usus & consuetudo. Itaque miror esse tam multos populos, qui cūm sermonis Latini usum habeant, tamen aut nihil aut paulū de suo mutarint vel corruperint. Hoc enim & Gallos qui in Græciam transierunt, fecisse Hieronymus, vt paulò antè docui, tradit: & Galli, quod Latino sermone utamur, tot Latinas voces admiscuimus: & Itali, & Hispani. Sunt ista vera, inquit, patrue, mirorque vñà tecum non idem factū esse à Germanis, & Heluetiis, cæterisq; qui

C ij

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

patrio sermone saluo, lingua Latina vtuntur. Hoc sibi illi sortasse laudi ducūt, quòd patrium sermonem integrū incorruptūmque adhuc custodierint: nobis contrā vitio dabunt, quòd nostrum suerimus peregrino quasi contaminari. Non hoc omnino eis, inquam, integrum est. Obseruaui enim ego in sermone Scotorum, multa Græca verba, cùm Lutetiæ nonnullos loquentes audirem. Quòd si ita esset, tamen nostrum cum Latino & Græco societatem cognitionēmque habere malo, quām ita barbarum, vt illorum est, manere. Quid enim? an non quo quisq; ad perfectissimum propius accedit, eò est perfectior habendus? Non est, inquit, dubium. Et quo quisque ab absolutissimo longiùs abest, eò magis est barbarus? Hoc etiam, inquit, necesse est, præferrim cùm barbarus sermo dicatur, qui neque Latinus neque Græcus aut Hebrewraicus est. Intelligis ergo, opinor, inquā, Petre, quæ sit gloriatio istorum, qui linguā suam nunquam immutatam corruptámq; alterius admixtione prædicant. Intelligo, inquit, ridiculam esse, eosque similiter facere, vt si qua natio filigine tantūm vesceretur, nec triticū serere veller, ne terra tritici

tici quasi contagione corrūperetur. Quanquam quī docere possunt, sermonem quo vtuntur, fuisse eotū qui primi loca illa inco luerint? Eos profectō, inquam, non posse arbitror. Nā cùm Franci diu Germaniam tenuerint, nec cùm in Galliam traiecerūt, eum sermonem Gallos docuerint, nouus videtur esse, non vetus. Multas iam, inquit, mutandi corrumpendique sermonis cau-sas protulisti. Si aliam non habes, ad il-lud quod posteriore loco proposuisti, ve-niendum est. Plures etiam, inquam, pro-ferre possum, sed si vnam præterea com-memorauero, eò quò vocas, nostra delabe-tur oratio. Quænam illa est? inquit. Tem-porum ratio, hominūmque studia. Hæc e-nim duo tantam mutationem & afferunt quotidie, & iam attulerunt, vt si libros, vel tabulas eo sermone scriptas quo loqueban-tur nostri, non dico ante nongéto's annos, sed ante quadringentos sumas in manus, vix intelligere possis. Hoc, inquit, sæpe expertus sum Lucis in foro, cùm aliquæ ta bulæ proferendæ essent. Quid vérò dicas, si tibi proferam tabulas ex tabulario no-stro, quas & reges plerique & iudices, qui elegantiùs loqui solent, tam illoto ser-

C iiij

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

mone confecerunt, vt si quis de plebe, aut de rure ita hodie loqueretur, nō possis nec ferre, nec risum continere? Non est, inquit, opus: tibi facilè credo. Quid igitur, inquā, de eo existimare possumus, quo imperita multitudo tum vtebatur? Eū fuisse, inquit, multò incultiorē. At verò nūc, inquā, cùm tam splendidum & elegantē versari in ore omnium videmus, an non tibi hoc nō tantum tempora afferre, sed etiam nostrorum hominum studia maiora fortassis quām par sit, videntur? Tam splendidum, inquit, in multis animaduertimus, vt Cicero non magis Latinè ac disertè dixisse videatur. Sed hæc nimia cura est, vt ais, eaque in plerisque improbanda mihi videtur. Hæc, inquam, non linguæ culpa est, sed hominum, qui dum modum adhibere nolunt, re bona ad suam aliorūmq; perniciem abutuntur. Ego verò non hominum vitia hoc loco reprehendere statui, sed linguæ nostræ originem, progressum, atq; perfectiōnem ostendere, quam vel his temporibus nacta est, vel nunquam adeptura mihi videtur. Itaq; vereor, ne posthac sensim hunc orationis nitorem splendorē inque amittamus, idēmque linguæ nostræ vſiuueniat,
quod

quod aliis rebus eiusdem generis euenire cernimus. Quod illud est, inquit, Petrus, malum quod ex aliis rebus linguae nostræ cuenturum auguraris? Videmus, inquam, Petre, omnium rerum humanarum suam esse infantiam, adolescentiam, & medium ætatem, à quibus quod natura rerum ita fert, compelluntur ad senectutem. Ita est, inquit, sed lingua Gallica non ita futurum est. Erunt enim semper qui & dicendo & scribendo eius dignitatem non solum tueantur, sed etiam amplifcent. Utinam, inquit, verus sis, sed vereor ne tua nos fallat diuinatio. Quis enim hoc præstare potest, cum linguam Latinam multò hac nostra ampliorem & ornatiorem in tanta & oratorum & scriptorum omnis generis copia, tamen multis seculis usque ad patrum nostrorum memoriam collapsam esse & iacuisse recordemur? Non possum, inquit, non assentiri tibi. res enim illustrior est, quam cui possim contradicere. Sed tamen si minus id præstare possumus, ut eius dignitas perpetuò conseruetur, at certè nostrum est omnem diligentiam adhibere, ut ea diutissime retineri queat. Nunc quoniam de causis mutandi corrumpendiq; sermonis non

C iiiij

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

tam nostri , sed etiam aliorum satis multa
dixisti, sequitur, vt de altero quod tibi pro-
posueras, id est, quo sermone ij qui primi
has regiones incoluerunt, vñ si sint, differas.
Hoc, inquam, Petre, sequitur. sed tam diffi-
ciliis est hic locus , vt verear, ne melius sit
cum omnino pr̄teriri, quām ita attingi &
tractari, vt à nobis potest. Non hoc tibi, pa-
true, in animū induces, si quid apud te pre-
ces meæ valent, ne dicam consilium. Intel-
ligis enim, si quid hoc loco pr̄stiteris, aut
effeceris, id quod te facturum esse confido,
te ex eo magnam laudem esse consecutu-
rū. Sin minùs, & tamē conatus sis efficere,
conatum illum tuum debita laude fraudu-
ri nec debere, nec verò posse. Conabor, in-
quam, id pr̄stare hoc loco quod potuero,
siue precibus tuis adductus, siue cohorta-
tione. Itaque si res minùs ex sententia suc-
cedet, tuum erit culpam pr̄stare. Age, age
patrue, inquit, ne time: culpam quam tu ve-
reris, vt vis, ipse pr̄stabolo. Sed quod petis,
inquam , iam est totum penè confectum.
Multis enim à me suprà rationibus hic ita
conclusus est locus, vt tua etiam confessio-
ne intelligatur, dici explicarique non posse
à quoquam, quo ii qui primi has regiones
domi-

domicilio delegerunt, sermone vñi sint, nisi
fortè me vis, si quid prætereà habeam, di-
cere. Id, inquit, vt facias, à te peto maio-
rem in modum. Habeo, inquam, quæ præ-
tereà dicam, sed, parem atque superiora
scio non habitura authoritatem. Quæ e-
nim adhuc ferè dixi, vel ex libris diuinitus
scriptis, vel ex iis quos nostrę religionis ho-
mines, vel Iudaicæ, scripsérūt, deprompsi,
Quæ autem iam dicturus sum, partim ex
Beroſo veteri illo historico, partim ex Iu-
lio Cæſare, ac Strabone proferam. Quan-
quam, inquit, tantam authoritatem ad fa-
ciendam fidem, horum oratio non habet,
quantam superiorum: tamen cùm illi nihil
prætereà de his prodiderint, in tanta rerū
antiquitate ii quos modò nominasti, ali-
quem locum tenebunt. His enim exclusis
aliisq; eiusdem generis, nec Italis nec Ger-
manis, nec Hispanis, nec aliis populis sua
origo extare villo modo potest. Itaque per-
ge porrò, patrue, nihil verens reprehēſio-
nem: quandoquidem culpā istam me præ-
staturum iam antè promisi. Mihi, inquam,
videtur, cùm hoc quæritur, quonam pri-
mi alicuius loci incolæ sermone vñi sint,
id duobus modis posse intelligi. Nam &

suus cuiusque populi sermo est, quo promiscuè docti & indocti vtuntur, & alius quæ soli docti tenent: neque hoc in eodem solù genere animaduerti licet, vt exempli causa, in Gallico, Italico, aliisque eiusdem generis, verùm etiam in diuersis: veluti in Latino & Gallico, quorum hoc imperita multitudo, vt scis, tantum vtitur, docti etiam Latino. quanquam principio vna est lingua communis omnium: pòst cōmuni cōfensiū eorum qui plus quam cæteri intelligunt & vident, alias quæritur, qui mihi è præstantior videtur esse, quò patet latiūs. Tibi hoc loco, patrue, assentior: nec eorum sententiā probo, qui eos omnes qui quondam primi eam Italiæ partem incoluerint, quæ Latium dicebatur, Latino sermone quæ nūc habemus, locutos existimāt. Recte, inquā, putas. Semper enim in quoque rerum genere natura ab inchoatis progrediens ad perfecta cōtendit. Quod ni ita haberet, nō vna Cornelia paucæq; aliæ quasi eruditissimæ in mulieribus documenta proferrētur aut commemorarentur. Vtrum nos tu modum sequi vis, cùm quærimus, quonā prisci illi qui primi hæc loca incoluerunt, sermone vñi sint? Vtrunq; inquit, nisi molestū est. tuo, inquā, studio non deero: primūmq;

conſyderabo, quēnam ſermonē illi tenuerint eorū, qui cōmunes ſunt omniū. Quanquam quo noſtri viſi ſint nec me, nec quēq; alium poſſe dicere arbitror. niſi forte Hebraicum fuifſe dici placet. Tū Petrus, hoc inquit, defendi non poſſe, paulo antē inter nos cōuēnit, cūm tā firmis rationib⁹ aduerſariorū ſententiā refelliſti, vt ſi qui ſunt etiā qui hoc defendant, eos niſi ſint pertinaces, nō putē poſſe rerefere. Ea tu, inquā, ſi memoria tenes, nobis hoc in loco diutius cōmorandū non cenſeo. Ita eſt, inquit. Sed ta men quoniā paulo antē habere te quædā dicebas, que ex iis ſcriptorib⁹ quos noīaſti, proferres, id nō debes prætermittere. Que ab eis, inquā, ſumpsi, ea ſi profertē, eodem reuoluerētur: niſi q; Berosus primū Galliæ regem noīat, ſecūdū, tertium, & deinceps alios q; plurimos, à quo Galli noſtri originiſ ſuę primordia, que ex Cesarē paulo antē exposui, didicifſe mihi videntur. Hoc veſtim, inquit, exponas, vt origo gētis nřæ intelligatur. nemo. n. eorū qui res eius geſtas ſcripſeſt, eā niſi ab iis viſq; tpiib⁹ cū Frāci apellati ſum⁹ repetit, in quo mihi peccare vident, q; ita res geſtas Frācorū narrāt, quaſi aut primi loca hēc īcoluerint, aut Galli nihil cōmērabile geſſerint. Atq; vtinā toti,

tantum ocii suppetat, patrue, vt quod illi neglexerunt, teneas, illustrésque nostram Galliam. Nō est, inquam, Petre, nostri hoc instituti, nec ocii, quo à rebus magis necessariis melioribúsque nō abundo tanto, quantum historia defyderat. Aliorum est hoc negocium curare ac conficere, non meum. Ut placet, inquit, sed tamen nescio quo modo me eius rei tenet cupiditas, idemque vsuuenire existimo iis omnibus, qui quantum scribēdo possis ex libris tuis intelligunt. Res gestæ, inquā, sanctissimorum clarissimorūmque hominum, quas īā multorū ingressus sum scribere, institutæ vitæ rationibus magis cōueniunt. Quoniā, inquit, magnis grauibúsq; causis ductum, te in sententia permanere video: expoue hoc loco paucis quæ illi prætermiserunt. Scribit ergo Berosus, inquam, libro secundo, Iapetum eum quem supra ex Mose & Iosepho Iaphetum appellauit, Nochi filium, ex Andromacha vxore octo suscepisse liberos: in his, Samothem, quem eundem Ditem appellatum ait: eundémque primum in Celtis colonias fundasse, id est, iis in locis quæ Celtæ, id est, Galli incolant, idq; anno salutis ab inundatio-

datione terrarum centesimo quadragesimo tertio : Num hæc, inquit, ab iis quæ à Mose & Iosepho prodita sunt, dissentient? Dissentient, inquam. Nam vterque Iapetum , siue Iaphetum septem modò liberos procreasse dicit, Gomerū, Magogum, Madinum, Iauanum, Thubalum, Mosochum & Thuram , in quibus nullam Samothis, qui Dis appellatus est, gentisque nostræ origo à Beroſo inducitur , mentionem fieri vides. Quid? num de reliquorum septem, inquit, nominibus inter eos conuenit? Minime, inquam . Quod vt intelligas, verba Beroſi proferam, Iapetus, inquit, qui & Iopetus, & Cephus, & A talus, genuit hos octo duces ex Andromacha, Gomerū, Medum, Magogum, Samothem Ditem, Tubalum, Iubalum, Moschum , & Thiram. Cùm Moses septem à Iapeto liberos procreatōs esse dicat, à quibus diuisæ sint gentium insulæ, idémque Iosephus non solùm prodiderit , sed etiam id quemadmodum factum sit , exponat: certè non à Dite patre, si verum sequamur , originem duxisse nos fatebimur. Hoc quod cōcludis, patrue, inquit Petrus, non solùm libenter concedo, sed si mihi etiam literarum sanctorum

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

monumentis de eo mandatum esset , tam indignæ deformisque originis negadæ causa, libentissimè concedere . Non in eo, inquam, tuum cōsilium probo. Neque enim deformis obscuraque origo cuiquam vitio verti debet, dum modò eā præclaris actionibus compensauerit . Deus enim à nobis non originis , sed suæ cuiusque vitæ rationem tandem aliquando reposceret. Itaque malim ego , si optio detur , ab improbissimo quoque originem habere adiunctis bonis præclarisque actionibus , quam iisdem exclusis, vel ab optimo quoque vel etiam clarissimo. Quid enim vel Neronem generis imperatorij claritas nunc adiuuat , vel B. Petro familiæ obest obscuritas ? Proinde si mihi constaret, nos à Dite, ut veteres Galli putauerunt, prognatos esse, id præ me ferrem, præsertim cum vnumquæque nostrū à multo scelestioribus, id est , ab iis qui quodam ea quæ condita sunt , diuinis honoribus affecerunt, ortum habuisse nos fateri necesse sit. Hoc ita esse, inquit, fateor. Sed videris iniuria reprehēdere & coarguere orationē meam: præsertim cum iis quæ de de isto Dite vulgo ferūtur, adductus, à quibus omnes natura abhorrere scis, eius genus

nus auersatus sim. An nō iam antè, inquā,
ex me audisti, ea quæ de illo ferantur, poē-
tarum furore inuēta esse, & ad fabularum
traducta similitudinem? Si quid est igitur,
quod à me prætermissum hoc loco requi-
ras, suggere. Quoniam, inquit, à Samothe,
qui Dis nominatus est, nos originē habuiſ-
ſe docuisti, expone quos secundū hunc re-
ges Gallia tulerit, Berosi sententia. Scribit
eundem Dite anno Nini Babyloniæ regis
tertij quarto, id est, centesimo decimo post
aduentū suum, suis leges cōdidisse: quæ au-
tem fuerint, nō exponit: eundémq; Magū
filiū genuisse, qui primo & quadragesimo
Nini anno regio dominatu præesse cœpe-
rit, à quo etiā multæ vrbes multāq; oppida
nomē inuenerint. In his esse existimo quæ
nomen retineāt, Nouiomagū, Magūtiam,
& Rothomagū. Mago mortuo, Saronē re-
gnū tenuisse scribit, eū qui, vt ferociam no-
uorū tum incolarū contineret, publica stu-
dia instituerit. Druidē, siue Dryū deinceps
imperiū tenuisse narrat, Saronis filiū. Hoc
loco Petrus. Ab hoc, inquit, siue Dryo, siue
Druide Druidas appellatos esse autumo,
quos Cæsar lib. 6. de bello Gallico & rerū
diuinarū procurationi, & adolescentū di-

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

sciplinæ atque institutioni præfuisse dicit. Sic, inquam, existimo: idq; vt credā, facit id quod his tēporibus fieri animaduertimus. Ut enim gymnasia literaria multa Lutetię Parisiorum esse videmus, quorum partim nomen à conditore, partim etiam ab amplificatore habent: sic illorum quasi sacerdotum collegium non à Sarone qui instituit, quemadmodum paulò antè dictū est, sed à Druide qui auxit, nomen retinuisse arbitror. nisi fortè ipse Druides, quòd, vt ait Berossus, doctus esset, à Sarone rege patre, cum studia publica instituit, pr̄positus est collegio, & ex eo nomen inuenit. Vtrūque, inquit, probabile est: sed posterius mihi magis probatur, propterea quòd Cæsar eo ipso libro quem modò dixi, vnum Drudibus omnibus præfuisse scribit. Vt cunque res habeat, quoniam de Druidibus, inquā, paulò pōst pluribus dicturus sum, ad ea quæ requiris, reuertor. Druidis filius Bardus regali potestate mortuo patre præfuit, vir, vt ille ait, musicæ & carminum inuentione apud suos in primis clarus & nobilis. atq; haud scio, an huius instituto Druides id facere cœperint, quod eos tum Cæsar solitos facere scribit. Quidnam, inquit, tandem

tandē illud est? Scribit, inquā, illos qui mul-
ti vel sua sponte, vel à propinquis parenti-
būsq; missi disciplinę causā ad Druidas cō-
uenirent, magnum versuum numerum so-
litos ediscere. Verisimile est enim Bardum
qui musicam & poēticā artem ibi inueni-
set, eoque clarus haberetur, facile & autho-
ritate sua, & doctrinę opinionē suis persua-
sisse, vt quæ homines ibi discerēt, ea ad ver-
sus numerōsque reuocarentur: quanquam
non ignoro versum Lātinē dici oportere
in libris scriptis, id quod lineam vulgo ap-
pellant, seu carmine, seu prosa oratione cō-
positi sint. Multa hoc loco, inquit, dicis,
quæ & verisimilia sunt, & haud scio an à
quo quam animaduersa. Sed perge, vt cœ-
pisti, commemorandis priscis primisque
illis Galliæ nostræ regibus, si quid obser-
uatione dignum sit, admonere. Faciam, in-
quam, vt mones. Longone in mortuo Bar-
do patre, regnasse idem scribit deinceps,
quo tempore Babylonis regnum Armatri-
tes teneret, eiusdémque imperij anno quar-
to & vigesimo, mortuo iam Longone, Bar-
dum alterum successisse in illius locum: tū
Lucum siue Lucium Belochi Babylonici
regis tertio & tricesimo præfuisse, nisi sit

D

error in Latinis exemplaribus, quod mihi
videtur, propterea quod libro secundo Sa-
moothis posteros enumerans, à Bardo hoc
Celtæ procreatū asseuerat. Celtes autē
sive Celta secutus est, ex quo Celtæ iij qui
tertiam Galliæ partem incolunt, dicti sunt:
quo quidem nomine, si forte ignoras, vete-
res Græci, ut Plato & Aristoteles, vniuer-
sus Gallos intelligunt. Hoc, inquit, igno-
rabam. Neque enim illorum libros Græ-
cos, ut scis, legi. Si hoc ignorabas, illud
certè ignorare non potes, quod Cesar prin-
cipio commentariorum ait, Celtas à Gal-
lis eos qui tertiam Galliæ partem incolat,
ipsorum lingua appellari, qui Latina Gal-
li vocentur. Hoc, inquit, scio: atque idē ve-
hementer gaudeo ex te audiens, vnde Cel-
tæ appellati sint. Iam, inquam, tibi vehe-
mentius lætari licebit. Accipies enim, vnde
omnes Galli dicti simus, vnde pars illa
quam Belgæ incolunt, dicta sit, vnde pars
illa quam in Galliæ diuisione cùm nonnul-
li alii, tum Augustus Cesar, Lugdunensem
nominat, vnde etiam ii qui Allobroges no-
minentur. Summæ mihi tu quidem certè,
patrue, inquit, voluptatis spem ostēdis, de
qua ne decidam, tuum est prouidere. Dein-
ceps,

ceps, inquam, apud eundem scriptum est libro quinto, Herculem Osiridis filium, qui Lybius dictus sit, cum Celtiberia siue Hispania relicta, Hispalo ei genti rege constituto, ad Italiæ tyrannos se conuerteret, atque per Celtas Italianam petens, iter faceret, ex Galathea parentum permisso Galatem suscepisse, qui mortuo Celta regia potestate genti præfuerit, ex quo etiam Galli omnes quos ad illud tempus Samotheos appellauerant, sint nominati. Hoc si verū est, falsa est, inquit, eorū sententia, qui Gallos à lacte quod $\chi\alpha\lambda\alpha$ Græcè dicitur, id est à candore quo sint prædicti, appellatos esse volūt. Vtra, inquā, verior sit opinio, Petre, incertum est. Ego tamen me in posteriore esse patiar. Neque enim video, cur Galli, nostri homines à candore potius dicantur, quam vel Britāni, vel Scotti, vel alij populi qui proprius ad Septentriones, quam nos, accedunt: præsertim cum Galli iij qui ad Meridiem spectant, ut Lemouices, Arverni, Tolosates, Narbonenses, aliq; permulti, non magis Galli à candore, quam Hispani dicendi esse videantur. Mihi quoque, inquit, hæc ipsa sententia verisimilior, aut verior potius videtur. Hoc etiam, in-

D ii

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

quam, ad augēndam aut potiūs confirmādām istam opinionem tuā afferre possum, à Beroſo Comerum, ſiue Gomerum, quem Italiæ principem vult eſſe, Gallum eſſe nominatū, & Gallos à Catone in principio Originum, qui à Scythis auctis miſſi ſint, Vimbrorum progenitores vocatos. Ex quibus intelligi par eſt, Gallos à quodam qui Gallus aut Galates dictus ſit, appellatōs eſſe, præſertim cùm gentem penè nullā nominare poſſimus, quæ non à principe, duce, vel rege ſuo nomen habuerit. Iudæi enim à Iuda dicti ſunt, Hebræi ab Hebero, vel Hebro. Ionia à Iauane, Hispania ab Hispalo, Italia ab Italo, à Sueuo Sueui, à Vandalo Vandali, à Daco Daci, ſiue Dacæ, à Marſo Marſi, à Scytha Scythæ, à Mado Medi: & ſi qui ſunt alii populi, quorū progenitores Iosephus Berofusq; nominant, ex eorum ferè vel ex ſuccelforum nomini- bus appellati ſunt. Quām multos, inquit, populos protulisti, patrue, ex quorum ana logia Gallos, nostros homines appellatos eſſe concluderes. Analogiam, inquam, te intelligere lætor, quæ etſi multis locis pa- rum habet virium ad faciendam fidem, ta- men niſi hoc valeat, præſertim concurren- tibus

tibus eodem tot támque firmis rationibus:
nescio quando eam aliquid pollere dicturi
sumus: Apud alios, inquit, an hęc tua ex a-
nalogia sumpta argumenta valitūra sint
ad persuadendum, nescio: hoc certè scio,
me iam quod dicam non habere, ita mihi
firma tuis argumentis genita est opinio,
aut potiùs scientia. Itaque ad id quod su-
pereft, per me venias licet. In Galatis locū
Arbonius successit, quo mortuo, Belgius,
à quo Belgæ nostri dicti sunt, tenuit impe-
rium, quo etiam mortuo, Iasius is qui à Ia-
no genus duxit, regni gubernacula acce-
pit, eodem anno quo Cecrops primus A-
theniensium rex præesse cœperat. Eū pro-
ximè secutus est Allobrox, ex quo Allo-
broges nominati sunt. Atque hi sunt reges
omnes Galliæ, quos Berosus nemorię pro-
didit. Utinam, inquit, cæterorum usque ad
ætatem suam mentionem fecisset. Multo
enim certius de nostris illis maioribus no-
bis liceret dicere: quanquam si ea tantum
quæ commemorasti, de primis his prodi-
dit, mihi non planè satisfacit. Ea, inquam,
tantum tradidit, quæ tibi satis esse multa
debent, præsertim si cum Babyloniu fuisse
intelligas, eumque laborem suum susce-

D iii

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

pissime patriæ maximè illustrandæ causa , in quo tamen perbreuis fuit , vt qui obseruationes breuissimas se de iis tantum scripsisse dicat , quæ ab inundatione terrarum usque ad Troianum regnum conditum de primorum regnorum orbis regibus ac temporibus essent tradita . Profuisse cum nobis , inquit , fateor , ob eamque causam magnam ei habeo gratiam . Sed num quis eius institutum secutus est , vt historiam ab eo anno in quo ille desiit , incipiēs , ad ea tempora continuaret , quemadmodum B. Hieronymus & Prosper Aquitanus chronica Eusebii quasi suppleuerūt . Hunc laborem Maneto , inquam , quidam suscepit , historiamque regum ac temporum Berosi ex exemplo & imitatione contexens , usque ad Romani imperii principiū perduxit . Hoc igitur à te , inquit , peto maiorem in modum , vt quæ de regibus Galliæ nostræ dicat , eo ordine quo quisque imperium tenuit , exponas . Tuæ , inquā , morem geram voluntati . Scribit ergo Gallis quos etiam Celtas vocat , anno Ægypti , qui nomē regno dedit , quinto & tricesimo , regem præfuisse Rhomum , à quo Romandi appellati sint , nec qui sint illi explicat . Fortassis pro Romandi

mandi Romani legendum est, quod ut cre-
dam facit oppidum quoddam quod Ro-
maniae nomen retinet. Hoc mortuo, Pari-
dem imperium tenuisse narrat, à quo Pari-
sios populos dictos esse arbitror. Vtrūque,
inquit, verisimile est, atque adeò hoc poste-
rius verū esse credo. Regnū autē tenuit Pa-
ris, ut idē ait, rege Atheniēsiū Erichtonio,
qui secundus fuit, ex quo intelligi potest, si
temporum ratio ducatur, non hunc eum
esse Paridem quem Priamus procreauerit:
præsertim cùm Priamus sexto loco tenuer-
it imperium. Post hunc Zeti, qui primus
dynastiam obtinuit in Ægypto, anno pri-
mo Lemanus regnum tenuit, à quo Lema-
num lacum nominatum existimo. Olbius
in Lemani locum successit, Zeto iam mor-
tuo: hunc proximè secutus est, Rane Lar-
the secundo, Galata eo nomine secundus,
qui ut idem ait, Sarmatas vicit, Galatásque
Asiae populos cōdidit. Quarto autem Am-
menophi Larthis quarti anno Rhemus re-
gno præfectus est, à quo Rheinos populos
appellatos cōmemorat. Frācus, quē ex He-
ctoris liberis fuisse scribit, in Rhemi succes-
sit locū. A me tibi cumulatè satisfactū, Pe-
tre, arbitror. Exposui enim ea oīa quę Ma-

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

neto de regibus Galliæ nostræ iis qui à Berozo prætermissi sunt, prodidit. Fateor, inquit, non officio mihi à te hoc loco satissimum esse, sed me abs te auctum ornatumque esse beneficio. Siquidem doctoris in discipulum nō officia, sed beneficia habenda sunt. Sed vide quò tua semel humanitate & liberalitate fretus, progrederat, ne dicā, ut facilitare tua abutar. Scis quid tuus Cicerο dicat, ingenui animi esse, cui multum debeas, ei plus semper velle debere. Equidem nescio quo modo aures meæ suauitate orationis qua primis ac priscis illis Galliæ nostræ enumerandis regibus, usus es, delinitæ ac demulcæ, magis capaces sunt, pluraque semper requirunt. Itaque nisi reverer, ne tibi molestus essem rogator, à te contendarem, ut ex aliis historicis reliquorum regum nomina & tempora usque ad Iulii Cæsaris ætatem contexeres. Mihi credo, inquam, Petre, si hoc præstare possem, ultro ac libenter facerem: nec tam causa tua doleo id me tibi concedere quod petis non posse, quam vel mea, vel nostroru hominum omnium. Proinde tuum est vide re, ut ea petas quæ efficere possim. Iis enim in rebus scito nec meam tibi ullo loco voluntate

Iuntatem defuturam, nec facultates. Gratiam tibi, inquit, habeo, patrue, atque adeo maximas ago gratias: ingenuè enim fatetor; id iam me expertum esse quod pollicere. Itaque superiorum in me meritorum tuorum recordatio facit, ut de futuris minimè dubitem. Gratum, inquam, animum tuum agnosco. Sed menioriāne tenes, quorsum in primorum Galliæ nostræ regum mentionem inciderimus? Memini, inquit. Cum nec à te, nec à quoquam alio exponi posse dices, quonam potissimum ii homines qui hæc loca primi incoluerent, sermone vni essent, te vehementer rogavi ut si quid præterea haberet, proferres; id cum ita te facturum reciperes, si authentibus profanis tibi per me vti liceret, atque concederem, hanc totam quæstionem duobus modis intelligi posse dixisti, ut & de eo quem natura parit, & de eo quem ars, quæri posse videretur: cum de utroque velle me respondisse, à naturali orsus es: Hinc in regum priscorum mentionem incidisti. Recte, inquam, tenes. Quid tu ex tot regum enumeratione concludendum putas? Prorsus ignoro, inquit. Non est, inquam, dubium, quin Samothres ille qui

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

Dis appellatus est, primusque rex fuit huius regionis quæ postea Gallia à Galata regis dicta est, eo sermone suos loqui voluerit, quo uteretur. Quanquam id opponi hoc loco potest, quod principio huius sermonis attuli, dubium esse primum an ii quos secum duxit comites itineris, ei parere voluerint: deinde an omnes illum sermonem proferrent: postremo quot homines eadem lingua in illa sermonis confusione atque varietate loquerentur. Præterea ut fuerit Samothes ille, sicuti Berozo placet, Iapeti filius, tamen nec quo Iapetus ipse in illa confusione perturbationeque linguarum, sermone uteretur, dici potest, nec quem Samothes proferret. Hoc, inquit, cōsequens est, præsertim cum id illius auctoritate docueris. Hoc igitur, inquā, tātū concludi necesse est, eo sermone primos Galliæ illos incolas vīos esse qui in illa linguae varietate natus sit. Hoc, inquit, vñū. Quo igitur, inquā, vī si sint, dici non potest. Prorsus, inquit, sequitur, quādoquidē paulò antē dixisti, id doceri posse à nemine. Vtrum autē, inquā, eo quē Samothes proferret, vī si sint, an alio, si quærā, quid respondeas? Mihi quidem, inquit, videntur cundē quem

quem Samothes teneret, protulisse. Eos enim sibi itineris comites in deducenda colonia delegisse videtur, qui eundem quem ipse, proferrent: quod si alio omnes atque ille, vel alio alii vterentur, facile eos adduxisse, ut ad morū & legum, sic ad sermonis linguaeque societatē. Quid verò de Græca & Latina lingua, inquā, sentis? tibine ortæ atque natæ videntur in illa sermonum cōfusione? Non, inquit, videntur. Sunt enim artis, earumque inuentores multis pōst seculis extiterunt. Est ut dicis, inquam, sed nihil prohibet earum quasi simulacra quædam elementaque fuisse tum, quæ postea studio diligentiaque prudētissimorum hominum sensim atque pedetentim ad hanc dignitatem perfectionemq; peruererint. Quod si tua, inquit, confessione, tum Latini Græcique sermonis orta sint primordia, num quid habes dicere, quin ii qui primi in has regiones venerunt, ea quasi principia alterutrius secum attulerint? Intelligo, inquam, me à te ad alteram iam quæstionem quodam modo vocari. Nihil enim certum de primo sermone qui naturalis est, pronunciare possum. Quid? de eo qui arte constat, num quid certius, inquit,

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

potes dicere? Si nihil, inquā, possem, haud sanè fuisset, quòd hunc sermonem instituerem. Hoc enim, vt scis, docendum suscep-
pi, magnam esse sermonis nostri Gallici
cum Grēco coniunctionem & quasi cognationem. Id scio, inquit, ac de eo iamdu-
dum dicentem te audire cupio. Itaque eò
te semper vocare & quasi trahere conatus
sum. Quod si adhuc in cursu orationis mi-
nimè animaduertisti, nunc cùm id te ais
intelligere, velim doceas: præsertim cùm
ea sit causa vel sola nostræ disputationis.
Sed quî id docere potes? Multa mihi, in-
quam, eáque firma ad id demonstrandum
argumenta suppetunt, quæ quoniam, vt
diei tempus est, explicare hodie non pos-
sum, in crastinum diem totum illum ser-
monem reiiciendum censeo. Mihi, inquit,
cras interesse non licebit. Patronum enim
me Lucis causæ suæ quæ grauissima est,
quidam delegerunt, quibus deesse nō pos-
sum. Itaque libenter hanc noctem totam
in eo sermone consumerem, si æqualem
meique ordinis ac conditionis hominem
disputatorem nactus essem. Te verò roga-
re vt id facias, non audeo, ne & valetudini
tuæ parum consuluisse, & dignitatis ratio-
nem

nem non habuisse videar. Nostram vtriusque, inquam, potius valetudinem curare debemus: præsertim cum & tu quotiescumque voles, huc redire possis, & ego me semper paratum fore pollicear. Ut placet, inquit. Reuersurum autem me primo quoque die velim tibi persuadeas, nec tamensis dies tam cito aderit, quam velim. Interim ea omnia quæ à te commemorata sunt, mecum ipse, cum ociosus ero, repetam. Ego quoque me, inquam, ad reliquam disputationem reficiam & comparabo. Sic discessimus.

IOACHIMI

PERIONII BENEDI-

*Etini Cormæriaceni dialogorum de
lingua Gallica cum Gra-
ca cognatione Liber
secundus.*

Ruersus est Petrus Ioannis F.
nec ita multò pòst : cùmq; pri-
ma illa officia, quę in congres-
su solemus, inter nos præstis-
semus, Hominem te, inquam, eum qui faci-
lè quod promisisti exoluas , cùm semper
antea esse iudicaui , tum hoc tempore ex-
perior. Quorsum hęc, inquit, patrue? Quia
inquam , proximè cùm hīc esses, te primo
quoque die cùm ociosus esses , redditum
esse recepisti, id quod à te factū video. Ser-
monis, inquit, quem tum inter nos habui-
mus , species ita in animo meo adhuc ob-
uersata est, itēmque eius quem in redditum
meum distulisti , vt & illa vigilantem me
de alia rc cogitare nō patcretur, & ego dor-
miens hīc tecum mihi viderer disputare.
Itaque quoniam cōquiescere nullo modo
animus meus poterat, iure ciuili meo reli-
cto,

etio, causisque forensibus, quām primūm
huc ad te aduolaui, vt te de sermonis no-
stri cum Græco cognatione dicentem, at-
tentè audirem, idque eo libētjūs feci, quod
mihi sāpe occurruunt linguae nostræ voca-
bula, quorum originem requirens, inueni-
re non possum. quo fit vt dubitem, an ex
Græco fluxerint: qua me cura hodierno
sermone à te liberatū iri spero. Multa sunt,
inquam, eiusmodi, Petre, in sermone no-
stro, quæ partim à viris doctissimis ante
me animaduersa esse lectis euolutisque eo-
rum libris cōperī, partim à me vno, quod
sciam, eaque plurima. Si in iis sint ea voca-
bula quorum te origo angit, cùm quæstio-
nem posueris, explicabo. Iam id, inquit, si
placet, facio. Antè quām hoc tu, inquam,
rectè ac loco facere possis, ea ex grauissi-
mis authoribus testimonia mihi proferen-
da sunt, quæ ad hunc concludendum locū
maximè pertinent. Dic modò, inquit: para-
tus enim sum ad audiendum. Tenēsne me-
motia, inquam, me, cùm ex Menetone re-
ges Galliæ enumerarem, Franci cuiusdam
qui Priami filius esset, fecisse mentionem?
Memini, inquit. Si Francus ille, qui Troia-
nus erat, tātūm potuit vel autoritate, vel

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

amicitia, apud veteres illos Gallos, vt regium imperium adeptus sit, eū ne in Galliam solum peruenisse putas? Non, inquit, arbitror, præsertim cùm Priami regis esset filius. Verisimile est enim eos quibus in bello Troiano præfuit, cùm belli periculo liberati essent, & ex regno expulsi, vñà cum eo venisse tandem in Galliā. Græco autem sermone, inquam, quoniam vtebatur, an non verisimile est eos, posteaquā Francus regnū cōsecutus est, multa Græca verba Gallicę linguę admiscuisse, quę principiò dura & aspera illa quidem vt inusitata visa sunt, deinde vsu trita, molliora & suauiora? Verisimilia, inquit, dicis. Nunc enim hoc animaduertimus quotidie, multa verba quæ in regia fingantur, primùm ab iis qui elegantiùs loqui student, quos multos esse scimus, deinde ab aliis non indoctis, postremò etiam à multitudine impetrata approbari: vt præteream Gallorum enationem omnem nouis rebus atque per grinis studere. Sunt, inquam, ista vera, Petre. Nec ylla natio est, quæ in vtrāque partem dicta factaque cùm omnium, tum' exterorum maximè, magis imitetur: vt intercà nostrorum leuitas mobilitásque ingenij non

non in reprehensionem solùm, verum etiā
in odium penè omnium incurrit. Quæ
tu, inquit, habes alia ad confirmandum id
quod quætimus? In his enim est aliquid,
non omnia. Iam deinceps, inquam, aliud
afferā, quod multò est firmius. Quidnam
est, inquit, illud tandem? Ipsum, inquam, il-
lud quod Iulius Cæsar libro sexto prodi-
dit, Gallos, cùm nefas esse existimarent ea
quæ Druides traderent, literis mandare,
tamē in reliquis ferè rebus publicis, priua-
tisque rationibus, Græcis literis vti solitos.
In hoc mihi quidē videtur esse omnia, pre-
fertim cùm nihil penè exceperit. Si enim
Græcis literis in omnibus ferè rebus publi-
cis, priuatisque rationibus, vt ait, vteban-
tur: quid est causæ, quin Græco sermone
eos vños cōcludamus? si vñi sunt, quin mul-
ta vocabula ab iis linguae suæ admixta di-
camus? Nihil, inquit, mihi causæ videtur.
Quod enim, inquam, ait, latissimè patet.
Res enim publicas mihi dicere videtur, eas
quæ publicè gererentur, vt sunt iudicia, vt
legatorum cōciones, vt ea quæ ad deorum
religionem pertinebant. Rationes autem
priuatas, eas quas inter se priuatum cōtra-
herent, quo in genere sunt cōtractus, quos

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

vocatis . Ex quibus intelligi par est, & pa-
tronos causas agere solitos Græco sermo-
ne, & iudices pronunciasse sentētias, & ta-
bulas priuatas omnes literis Græcis confi-
ci solitas , tabulas dico emptionum , loca-
tionum, mutui, commodati, commutatio-
num, aliarūmque rerum eiusdem generis.
Vt tu, inquit , omnes iuris nostri formu-
las de rebus quas inter se homines priua-
tim contrahunt, paucis complexus es. Nō
id, inquam, tibi mirum videri debet , præ-
sertim cùm Theologi etiā de his disputēt.
Sed videórne tibi ea quæ Cæsar obscurè
dicit, explicare? Videris, inquit. Neque e-
nim mihi aliud, nisi quodd interpretatus es,
rerum publicarum, priuatatūmque ratio-
num nomine intelligere videtur . Si hæc,
inquam, tua etiam confessione rectè inter-
pretatus sum, non est dubium, quin cōmu-
nis sermo Gallorum omnium multa inde
vocabula arripuerit & quasi vendicauerit.
Ea, inquit, vocabula mihi plebs sua fecisse
videtur, quæ de iis rebus essent , in quibus
Gallos Græcis literis usos Cæsar afferit.
Hoc ut credam faciunt ea quæ quotidiana
obseruatione notamus. Quis est enim ho-
mo hodie de populo, qui non verbis foren-
sibus

sibus vtatur pro suis? Neminem, inquam, esse arbitror, duntaxat eorum, qui in foto de rebus suis disceptare coguntur: quorum profectōtans est nunc numerus, quantus vnquam fuit: vt etiam rusticos, hominum genus aliò qui simplex, & quod cum terra rationem habet, melius interdum iuris vestri vocabula passim, quam urbanos usurpare videamus. Numerū quidem auxit hominum fraus & malitia, quæ, quoniam, vt Christus prædixit, nostra memoria creuit, refrixit, aut potius euauit charitas, qua mortua, controversiarum tantus numerus extitit, vt quotidie ius necessariò reddatur. Illis autem primis temporibus adeò rara erant iudicia, vt certo solùm anni tempore Druides in finibus Carnutum, vt Cèsar tradit, in loco consecrato, qui hodie oppidi nomen à Druidibus habet, considerent, quò omnes vndique qui controversias habebant, conuenire soliti erant, eorumque iudiciis decretisque parebant. Quis enim quæso te, hodie tam amplius Ioueus est in tota Gallia, qui eos omnes qui cōtrouersias habent, capere possit? An non in Turonibus nostris, quæ regni regio est tam parua, vt vix quinquaginta millia pas

E ij

suum in longitudinem, in latitudinem triga-
inta pateat, tot locis ius redditur, ut si v-
num in locum edito principis omnes con-
uenire oporteret, ingens spaciū designan-
dum esset? Beati, inquit, tum illi mihi ho-
mines hac quidem ex parte fuisse videtur.
Si tum ergo, inquam, fuisses, patronos illos
miseros iudicasses. Quid ita, inquit? Quia,
inquam, miseros vos hodie patronos iudi-
catis esse, nisi ad vos causarum litiūmque
infinitus numerus deferatur. Iocaris nunc
tu quidem, inquit patrue, in regno tuo. Vi-
de, ne cùm extra illud fueris, tot patrono-
rum animos quos hīc offendis, placare nō
possis, eorūmque inuidiam sustinere. Quæ
ista est, inquam, inuidia? Si beatos illos tum
fuisse iudicas, cùm tam paucas & raras
controversias haberent: certè miseros hu-
ius ætatis homines necessariò habes dice-
re, qui tot litibus implicantur. Si miseros
illos, vos autē beatos iudicatis, ex eo quod
multarum causarum patroni asciscimini:
miseros quoque patronos illorum tempo-
rum iudices necesse est. Tu verò, inquit,
hoc ita concludis, quasi hoc tibi dederim,
nos metipso à nobis miseros ex eo iudica-
ri, q̄ rare causæ ad nos deferantur. Quo-
niam

niam te, inquam, iratum video, orationis
meæ acerbitatem interpretando leniam.
Hoc enim ad vulgus causidicorum volo
pertinere, quo in numero nec te habeo,
nec multos alios, qui in causis agendis nō
eò operam studiūmque ponunt, ut ex liti-
bus viuant, sed ut sua oratione accusati im-
probi damnentur, boni defensi liberentur.
Nunc, inquit, & me reliquo sermone placa-
tum habebis, & à nostris magnam inibis
gratiam. Sed perge porrò locum hunc con-
cludere. Quòd si Druides, inquam, soli ius
reddebant, & ad eos omnes vndique qui
controversias habebant, ita conueniebant,
ut eorum iudiciis, ut ait Cæsar, decretisque
parérent, quibus in rebus literis Græcis v-
terentur: primùm illud mihi concluden-
dum videtur, Druidas sententias Græco ser-
mone pronunciare solitos, deinde patro-
nos eodem sermone causas egisse. Quid si
nullos tum patronos, inquit, adhibebant?
Mihi quidem, inquam, iam tum patroni
certi fuisse videntur: quos si fuisse non pla-
cet, tamen ridiculum videatur, si Gallica
lingua pro se quisque dixisset, cùm non so-
lùm à iudicibus sententiæ solitæ essent Græ-
co sermone pronunciari, sed etiam à scri-

E iiij

IOACH; PER ION. DE LINGVÆ

bis excipi, atque describi. Ridiculum sanè, inquit, mihi quoque videtur: sed tamen fieri potest, ut Druides hoc multitudinis imperitæ concederent. Ut hoc, inquam, imperitæ multitudini darent, tamen in doctis viris quos multos instituissent, non ferebant. Præterea si scribæ iudicia, decreta, & sententias iudice pronunciante Græco sermone excipiebant, atque in tabulis postea, ut cuique usui erat, scribebant atque describebant, nōnne imperitam multitudinem ut ea quæ ad ipsam pertinebant, intelligeret, id est, decreta & sententias, Græcè scire oportuit? Vrges hoc loco, inquit, aduersarios, si qui fortè sint, firmissimis rationibus. Neque enim video quid afferre possint, nisi fortè dicant, doctos homines Gallica lingua, decreta & sententias quæ Græco sermone scriptæ essent, solitos interpretari imperitæ multitudini: quemadmodū ante hos annos tredecim cùm sententiæ semper in senatu antea Latino sermone scriptæ essent, homines qui Latinè sciebāt, in doctis Gallica lingua eas interpretari solitos esse scimus. Hoc, inquam, ut fuerit, & sit aliquid, tamen hoc habebimus, multos fuisse tum exceptores qui Græcè scirent.

Quid

Quid si tum, inquit, nullus fuerit scribis locus? Non existimo, inquam. Rerum enim & publicarum & priuatarū memoria nulla extitisset. Nam si quis obiiciat, Druidas ea quæ docerent nefas mādare literis existimasse, alia ratio est. Hæc enim duabus de causis ab eis institutum sibi videri Cæsar afferit, quòd neque in vulgum disciplinam efferri vellent, neque eos qui discerent, literis confisos minus memorię studere: quibus, in iudiciis loci nihil relinquitur. Nam & vulgus controversias habebat, quarum quis finis & exitus esset, eius scire intererat: & studij memoria nullo in periculo hoc loco versabatur. De iudiciorum, inquit, concionūmque ratione satis multa dixisse mihi videris: vide quibus deinceps rationibus persuadere id quod agitur velis. Rectè mones, inquam. Hoc idem declarat magnus adolescentum numerus, qui ad Druidas disciplinæ causa, quemadmodum Cæsar scribit, concurrebant, in qua nōnulli vicenos annos permanere solebāt, Druides autem eos docentes Græco sermone utebantur. Si nobis ob oculos eorum docendi rationē ponamus, profectò alterutrū necesse fuisse intelligemus, aut eos discipu-

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

los recipere solitos, qui iam ab aliis primis literis instituti essent, aut eisdem eis non solum artis suæ, id est, philosophiæ, sed etiā grammaticæ principia tradere. Vtrumuis concesseris, & Græcum sermonem hac etiam ex parte longè latéque patuisse apud priscos illos Gallos, & ex eius vsu multa vocabula in linguam Gallicam irrepissse necessariò dabis. Non solum, inquit, hoc tibi necessariò dabo, verum etiam libenter: Sed quid alij responsuri sint, nescio. Ita tecum, inquam, sermonē institui, & habeo, ut si omnes hīc homines essent, quibūs cū disputarem. Itaque id te eorum est responderē, quod eos quorū tu induisti, gerisque personam, si adessent, dicturos existimabis. Dic ergo primū, num tibi videntur Græco sermone vsi in docendo? Mihi, inquit, videntur. Ridiculum enim videtur & absurdum, eos qui in cæteris ferè rebus publicis priuatissq; rationibus Græcis literis, vt Cæsar ait, vterentur, nō vsos fuisse in hac Græco sermone, quæ ad doctos solos pertinebat. Ad hanc, inquam, rationem tuam illud etiam addi potest, Druidas illos, qui eū locum apud nostros tenerent, quem philosophi apud Græcos, apud Persas Magi, & Gymno-

Gymnosophistæ apud Indos , decreta sua & artem, non Hebraïco sermone docuisse, quia Græcis literis in reliquis ferè rebus publicis priuatísque rationibus vtebātur, neque Latino . Romanum enim vix ullum hominem ad illud tempus in Gallia viderant, & absurdum est eos alio sermone sententias in foro pronunciasse , alio tradidisse artem suā. Nam de vulgari sermone disputandum non censeo : ex quibus quid sequatur, vides . Vide, inquit, si modò summptionum rationes veræ sunt . Hoc enim tibi obiici potest , quod lib. 5. Cæsar scribit, se cuidam ex equitibus Gallis magnis premiis persuasissē , vt ad Ciceronem epistolam deferret , quam Græcis conscriptam literis miserit , ne intercepta epistola , Romanorū ab hostibus consilia cognoscerentur . Hoc enim quodammodo Gallos tum nec sciuisse Græcè, & Latinè sciuisse declarat. Vrgere hoc me, inquā, quodam modo videtur, sed si recte intelligatur, nihil cōtra me valere videbitur. Nam quod ait, se Græcis literis scripsisse , ne intercepta epistola. Romanorum cōsilia ab hostibus cognoscerentur, ad eos Gallos qui in bello versabantur , qui iūdem Equites ab eis dicebantur,

pertinet. Ii enim Græcè nesciebant, & Latinè propter belli consuetudinem, si minùs omnes, at certè multi sciebant. Deinde hoc totum ad Cæsaris opinionem dirigendum est, qui ita suspicabatur, non ad veritatem. Nam de omnibus Gallis eum non intelligere, id quod paulò antè ex sexto libro de Druidibus protuli, cōfirmat. Secum enim pugnaret, si hoc de Gallis omnibus intellegret: præsertim cùm in castris Heluetiorum, qui Galli sunt, tabulas repertas primo libro scribat literis Græcis confestas, & ad se perlatas, quibus in tabulis nominatim ratio confecta esset, qui numerus domo exisset, eorum qui arma ferre possent, & item separatim pueri, senes, mulierésq.; quorum numerum hoc loco libet recensere & subiicere, ne quis Galliam nostram illic temporibus non fuisse frequentem existimet, ob eāmque causam dicat facile ad Druidas Gallos omnes controuersiarum nomine conuenire potuisse. Bene, inquit, facis, patruue, in eoque Galliæ nostræ seruis dignitati & gloriæ. Quarum omnium, inquit Cæsar, rerum summa erat, capitum Heluetiorum millia 263, Tulingorum millia 36, Latobrigorum 14, Rauracorum 23, Boio-

Boiorum 23. Ex iis qui arma ferre posse, ad millia nonaginta duo. Ingens sanè, inquit, ex illis quinque populis exercitus. Ingens profectò, ut aīs, inquam, sed nihil ad eum quem Galli ex tota Gallia infinitum comparare potuerunt, tum cum Alexia obessa est. Vercingetorix enim cum consilio principum indicto omnes qui arma ferre possent, conuocandos censuisset, certe ri certum numerum cuique ciuitati impearandum statuerunt, ne tanta multitudine confusa nec moderari, nec discernere suos, nec frumenti rationē habere possent. Quām autem paruum numerum cuique ciuitati pro facultatibus imperauerint, hinc intelligi licet, quod sena tantum millia vniuersis ciuitatibus quæ Oceanum attingunt, quæ hodie regio Britannia dicitur, imperauerunt: & tamen conscripta sunt & coacta equitum 8 millia, & peditum circiter 240. Hæc in 7 commentariorum Cæsar pluribus exponit. Támne magnum exercitum regem Galliæ qui potentissimus est cogere vndique ac comparare posse existimas? & si forte coegerit, alere? Hoc tu loco, inquit, patrue, non solum Gallorum frequentiam, sed etiam maximā agri Galliæ vber-

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

tatem fertilitatémq; narras. Sed quorsum?
Ut omnes, inquam, intelligant, sibiq; per-
suadeant, primùm multos fuisse iā illis tem-
poribus in Gallia qui Græcè scirent, cùm
tabulæ in castris Heluetiorum quæ Græcis
literis confectæ erant, repertæ sint, quod ta-
men genus hominum ut à Druidibus seiun-
tum, indoctum habebatur: deinde quām
longè latéq; pateret, id est, ad quam multos
pertineret mos ille Gallorū, quē secuti, vnde
dique in fines Carnutum cōtrouersiarum
causa ad Druidas conuenirent. Ex quo e-
tiam intelligi licet, multa hinc etiam Græ-
ca vocabula translata in linguam Gallicā
fuisse. Mihi, inquit, hoc docuisse videris
tam firmis rationibus, ut repugnare ac cō-
tradicere putem posse neminem. Sed quo-
niam hoc ita conclusisti, ut solūm doceres
multa vocabula Græca in Gallicā linguam
venisse ex Græci sermonis vsu & consuetu-
dine, quòd si quis neget, nō possis longius
progredi, nisi quæ illa sint vocabula demō-
stres: hoc iam tibi docendum est. Huc, in-
quam, ita veniam, si antè nonnulla quæ cō-
pertinent, dixerim. Quænā, inquit, ea sunt?
De Græcis, inquam, qui à Cicerone Pho-
cij, à cætetis Phocenses appellantur, sum
pauca

pauca dicturus. quænam, inquit, & quorūsum? Tantum attentè, inquam, audi, tum ea quæ dicam nō aliena à re esse iudicabis. Audiam, inquit, omnia, & attētè & libēter. Phocios quidē, inquā, ex Asia primū in Italiā Tarquinij rēporibus venisse Iustinus ex Trogo tradit: inde in vltimos Galliæ sinus nauibus profectos, Massiliam inter Ligures & feras gentes Gallorum condidisse: à quibus illi & usum vitæ cultioris, deposita barbarie, & agrorum cultus, & urbes mœnibus cingere didicerint: tantumque & hominibus eorum opera, & rebus nitorem adhibitum esse, ut non Græcia in Galliam, sed Gallia in Græciam translata videretur. Hoc, inquit, ad Gallorum nonnullam gloriam pertinet, ad rem vero nihil. Audi, inquam, quæ sequuntur, id est, quæ de eisdem Strabo Græcus scriptor libro quarto tradidit. Scribit enim Gallos à Massiliësibus ita Græci sermonis studiosos esse factos, ut etiā pačta conuentaque Græcè scriberent: suaque memoria clarissimum quemque Romanorū Massiliam disciplinæ literarumque causa venire solitum, quemadmodum antea Athenas proficiscerentur: Gallos eorum imitatione, pace composita, ad tale

vitæ genus se summa voluntate contulisse,
nec priuatim modò, sed etiam publicè. Nā
sophistas, id est, magistros, eos sibi delegis-
se, alios quidem priuatim, alios autem per
vrbes ipsas publicè, quibus mercedem non
aliter atque medicis cōstituerent. Magnū,
inquit, hoc Galliæ nostræ elogiū. Sed quæ-
nam Strabonis huius ætas fuit? Vixit, in-
quam, Augusto imperante, eo penè tem-
pore, cùm Dei filius homo factus est. Mi-
rror, inquit, à Iulio Cæfare horum nullam
factam esse mentionem, sed modò Druidū.
Hoc, inquam, in causa esse arbitror, quòd
Massilia sit Galliæ prouinciæ, de qua quòd
pacata esset, nullum verbum fecerit. Ita-
que cùm de ea Gallia omni quæ in armis
erat, diceret, sibi de duobus tantùm homi-
num generibus quæ in ea principatum ob-
tinerent, id est, de Druidibus & equitibus
differendum censuit. Ac Strabo fortasse
non de omnibus Gallis loquitur, sed de iis
modò, qui Galliæ prouinciæ attributi sunt.
Hoc, ut credam, me impellit id quod suprà
scriptū apud Cæfarem demōstraui, Drui-
das, in reliquis ferè rebus publicis priuatís-
que rationibus vti solitos Græcis literis.
Neque enim mihi Druides videntur intra

scxa-

GALL. CVM GRÆCA COGNAT.⁴⁰
sexagesimum annum institutum illud suū
vt amissum aut neglectum Massiliensium
imitatione reuocasse. Mihi, inquit, loca du-
orum grauissimorum authorum quæ in-
ter se discrepare primo aspectu vel diligen-
tissimè consyderanti videantur, cohærere
inter se & consentire videris ostendere. Ve-
nio iam, inquam, ad id quod modò dixisti,
multos fore qui cùm Gallos Græco sermo-
ne Græcisque literis vsos esse in rebus pu-
blicis, priuatisque rationibus, Druidasque
codem sermone discipulis artem suam tra-
didisse concederint, negaturi tamen sint id
quod velim, illius sermonis diurno ysu
& consuetudine, multa in Gallicā linguam
irrepisse Græca vocabula, nisi in lingua no-
stra etiam nunc multa quasi vestigia huius
rei impressa doceam. Quem quidem lo-
cum nolim putas à me primo esse tracta-
tum. Viri enim disciplinis Græcis eruditij,
quos ætate nostra plurimos Gallia nostra
tulit, vt Gulielmus Budæus, vt Lazarus
Bayfius, aliique nonnulli, clara huius rei
indicia in libris suis reliquerunt. Quo-
rūm imitatione cùm multa quotidie vel le-
gens Græca, vel vocabulorum Gallico-
rum quæ obscura erant, nec à Latina lin-

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

gua orta videbantur , originem per me
exquirens , reperirem , adhibitis postea
eorum libris nonnulla eorum ab illis no-
rata & animaduersa cognoui . Quod eò
dixi , ne illos debita laude fraudare videar ,
si eorū inuenta pro meis asseuerem . Quan-
quam per pauca sunt , quæ notauerunt ,
cùm multò plura , si hoc persequi voluif-
fent , obseruare potuissent . Sed antè quām
ea quæ notarunt , exponam , eorum verbo-
rum quæ tibi obscura esse dixisti , originem ,
id est , vnde orta sint , si vis per me quæras
licet , ac si in iis sint , quæ obseruarunt , ape-
riam . Hoc , inquit , vnum est , quod me iam
vt dixi , impulit , vt ad hođiernam disputa-
tionem maturiùs cōuenirem . Primū autem
scire eas studeo , quæ in iure nostro ci-
uili animum meum solent augere . Perpau-
ca , inquam , Græca iuris vestri ciuilis voca-
bula remanserunt , idque idcirco factum es-
se arbitror , quòd Romani posteaquā Gal-
liam pacauerunt , Gallos vti suis legibus , o-
mnibúsque iuris formulis coegerunt . Hinc
apud Græcos etiam multa Latina vocabu-
la , præsertim quæ ius vestrum attingunt ,
vsurpari cœpta sunt . Hoć etiam non me-
diocriter adiuuit Latini sermonis qui iam
tum

tum Gallis cum Romanis communis esse cœpit usus & consuetudo, adeò ut tandem maxima ex parte Gallicam linguam Latinis verbis abundare videamus. Sed tamen multa etiam, ut dixi, Græcae linguae cum artium omnium, tum maximè quotidiani sermonis, qui haud facile mutari solet, in ea extant vestigia. Ut per pauca, inquit, in iure nostro Græci sermonis vestigia extēt, tamen experiar, num in iis sint ea quorum origo mihi quidem obscura animum torquere solet. Ac primū illud, quo etiam vulgaris uti solet, cum ad diem qui ei dictus est, nō se exhibet nec adest, exonier dicimus, si morbo quis impeditus, nō adfuit ad diē: id ne verbum ex Græco ortum sit, velim diccas. Totum, inquam, Græcum est, atque id unum est eorum quæ Budæus notauit. Έξωμυνα enim Græce est iureiurando excusare eum qui ad diē non adfuit. Itaque vos inscribendo hoc verbo ut in plerisque aliis peccatis. Exomnyer enim per m & y scribi debet, quemadmodum ex illius origine intelligitur. Quām huius, inquit, verbi origo cum alios plerosque angat, tum me maximè adhuc anxium sollicitumque habuerit, nulla oratione consequi possum. Hinc

F

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

fortasse illud etiam natum est, quod milites qui vulnera accepto, militiā detrectant, soliti sunt dicere, se esse, ut ita dicam, exomnyatos, id est, lingua nostra, *exomnyés*. Est ut dicis, inquam. Atque hoc quidē, inquit, vnum est eorum quæ animum meū angūt. Alterum autem est illud, quo in Turonia nostra multisque aliis regni regionibus iij pro quibus vel contra quos dicimus, vtuntur, cùm id nostra lingua exprimunt, quod Latinè agere causam, siue litigare dicitur. *Plaider* enim nos dicunt, & rem ipsam, id est causæ dictionem, *plaid* nominant: quæ quidem vnde originem ducāt, nescio. Neque enim Latinum verbum ex quo orta sint, inuenire possum. Operam, inquam, adhuc lusisti. à Græco enim verbo πλαίσιος, quod pugnare disceptaréque significat, ortum est, quo in verbo « in e » vt ferè fit, & τ in mediam d mutatur. Hinc πλαίσιος Latinè is dicitur, qui facilè ac libēter de re quapiam pugnat & contendit, quē litigiosum vocamus Latinè, vos ex illo verbo Gallicè *plaideoix*, aut potiùs, vt vulgus loquitur, *pledeux* dicit. Quid illud, inquit, est, quod ais τ in d mediā mutari? Meministi, inquam, cùm tibi prima Græcę linguæ fundamenta traderē, me nouem mutas apud

'Græcos esse dicere? quartū tres κ, π, τ tenues essent, quia aspiratione carerent, tres itē aspiratas, χ, Φ & Ψ : tres verò harū medias γ, β & δ , quòd medium sonū haberent, nec tenuem planè, nec aspiratū. Memini iam, inquit, quòd fecisti, vt mihi in mentē redirent. Hoc, inquam, tibi in hoc sermone nostro semper memoria tenendum est, idque tenere debent omnes qui verborum origines scrutantur. Mihi, inquit, hoc velim exponas planiūs. Faciam, inquam. Ex iis multis nouem, quas modò enumeraui, κ in χ , id est c in ch, & κ in γ , id est c in g, & contrà mutari solent. Quonam tandem, inquit, modo id fiat, exēplis doce. κ , inquam, in γ mutatur, vt in $\gamma\alpha\varphi$ cōiunctione: *car* enī dicimus, idémq; $\gamma\alpha\varphi$, id est, enim apud Græcos, quod apud nos *car*, efficit, nec nisi collocazione differt. $\gamma\alpha\varphi$ enim apud Græcos secundum locū: *car* autē apud nos primū semper obtinet. Contrà γ in κ , id est, g in c mutatur, vt in verbo $\gamma\alpha\varphi\alpha$, quod angulū significat. nā Galli *coin* dicimus. Quòd si hoc etiā planiūs tibi exponi velis, Latina vocabula in nostrā linguā versa tibi maiorē fidē huius rei facient. Cucurbita enī à nobis *gongorde* dicitur, c in g, & t in d mutatione. κ etiā in-

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

terdū in ch mutatur, vt in verbo οεφαλή, id est caput. *Chef* enim Gallicè dicitur. Iam hoc, inquit, quod obscurum erat, quadā ex parte intelligo. Idémne in cæteris docere potes? possum, inquam. πενίν in φ, id est phi, vel f mutatur interdum, vt Φρέσκον, Gallicè *Safre* dicimus. & in b, vt πέθατον, id est ouis, *Brebi*. τ etiam in d mutatur, vt φωρτίον, id est onus Latinè, Gallicè *Fardeau* dicimus. Num harum, inquit, tātum nouem ratio habenda est in obseruanda cuiusque verbi origine? Imò verò, inquam, literarū etiam cæterarum penè omnium. Solent enim vt cùm à Latinis assumuntur Græca vocabula, sic etiam cùm ad Gallos transferuntur, variis modis literæ aliæ in alias mutari. Mihi inquit, videtur hoc quod aliis suadere vis, maiorem habiturum authoritatem, si literarum aliarum in alias mutatione sit doceas. Te etiam molestia liberabis, quam nouam semper eorundem affret repetitio. Bene, inquam, mones: præsterim cùm via & ratione hoc modo res quā agimus, progressura sit. Sed antè pauca precepta generatim tradenda sunt, quām eō quod me vocas, vñio. eo enim loco melius satisfaciam. Quęnam, inquit, ea sunt? Hoc, inquam,

inquam, te concessurum arbitror, omnem
rem rei similem vel dissimilem esse. Hoc,
inquit, non possum non concedere. Sed
quid tum postea? Omne igitur, inquam, vo-
cabulum vocabulo vel simile est vel dissi-
mille. Hoc etiam, inquit, necessarium est
pronunciatum, atque ex superiore conse-
quens. Si verbum, inquam, omne verbo si-
mille est aut dissimile, verbum omne quod
ab alio ductum est, ei simile aut dissimile
sit necesse est. Hoc quoque, inquit, est con-
sequens. Similitudo autem, inquam, & dis-
similitudo quam hoc loco exquirimus, a-
liud est nihil, nisi quædam verbi cum ver-
bo in literis ac syllabis cōsensio vel discre-
pantia. quemadmodum duos homines si-
miles soliti sumus dicere, in quibus inest
vel oris, vel oculorum, vel narum, vel ali-
iarum partium similitudo quædam: ut e-
tiam dissimiles eos in quibus ea membro-
rum non inest delineatio. Ita est, inquit,
prorsus. Quod si multorum, inquam, ver-
borum Gallicæ Græcæque linguæ in lite-
ris similitudinem docuero, tibine aliud ex
alio ortum esse dicere videbor? Mihi, in-
quit, videberis. Atqui hoc, inquam, non sa-
tis est. Multa enim Græca sunt vocabula,

F iij

quæ iisdem etiam syllabis constant, & ta-
men ex eodem orta non sunt. Quid igi-
tur, inquit, præterea adesse debet? Signi-
ficatio, inquam, eadem etiam vel similis
sit necesse est. Intelligo, inquit. Hoc vis,
ut vnum vocabulum ab altero ductum sit,
hæc duo concurrere, vt & literarum syl-
labarumque inter ea similitudo sit, & si-
gnificationis. Hoc ipsum, inquam. Si e-
nīm alterutrum adsit modò, iure quis al-
terum ab altero originem habere negare
possit. Ita res est, inquit. Nam in Lat-
ina lingua hæc duo, similis & humilis, et si
duabus extremis syllabis consentiunt, ta-
men neutrum ab altero habet originem.
Hoc, inquam, quod ait, non satis rem expli-
cat, sed duo diuersarum linguarum sumen-
da sunt, vt exempli causa, φημή, & forma;
quanquam extrema syllaba & prima lite-
ra conueniunt, tamen neutrum ab altero
ductum est: sed φημή & fama, q̄ præter syl-
labarum literarumq; similitudinē, similis
quoque accessit significatio. Ex quibus in-
telligitur, nisi significatio eadem vel si-
milis accesserit, verum non esse vnum ab
altero habuisse originem. Nunc demum,
inquit,

inquit, vtrunque necessarium esse intelli-
go, sed inductione qua vsus es, me penè
captasti. Conclude nunc ex his quæ vo-
les. Significatio, inquam, similis vel ea-
dem plurimùm hoc loco valet, eiúsque fa-
ciliſ & expedita est inuentio. At literarum
syllabarúmque similitudo inuentu diffici-
lis est, propterea quòd multis modis ex-
quiri & indagari potest. Quibus tandem,
inquit? In primis, inquam, tantum, & me-
diis literis ac syllabis quærenda est. Nam
& Græca vocabula in suas literas ac syl-
labas; & Gallica in alias atque proprias fe-
rè exeunt: diuersæque sunt eorum, quas
vocant terminationes, ut, exempli causa,
si Græcum verbum φιλεῖν, & Latinum a-
mare; & Gallicum *aimer* proponantur,
non est obscurum quid trespéndendum sit,
si ab vtrō nostrum ortum sit, quæratur,
& tamen extremæ syllabæ diuersæ sunt.
Quanquam interdum in extremis simili-
tudo est, sed in disyllabis nominibus ma-
xime, ut ποινή poine, μύνη myne, cum simu-
lare aliquē dicimus, *Ce font mynes*. Quærēda
est igitur maximè in primis literis ac sylla-
bis hæc quā dicim⁹ similitudo. Sed quoniā

F iiij

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

literæ pleræque Græcæ aliæ in alias Latinas quibus vtimur, cùm Græca vocabula in nostram linguam transferimus, mutantur, aliæ manent eædem eodem in loco, aliiæ manent illæ quidem, sed mutant locum, aliæ etiam adduntur: sequitur, vt de eo differamus. Quoniam autem literarum aliæ vocales sunt, aliæ consonantes: primum de vocalibus dicam. Vocales quidé, vt scis, sunt septem; α , ϵ , η , ι , \o , υ , & ω . Harum immutabiles sunt ferè α , ϵ , ι , \o & ω , id est, non in alias mutantur, quām in eas quæ eis apud Latinos respondent, veluti α in a, ϵ in e, ι in i, \o in o, ω in o vertitur, quod intelligitur, cùm simplices sunt, nec diphthongum faciunt. Nam de diphthongis mox dicemus. A tamen in e præsertim in fine vocabuli mutatur, & in medio vt $\epsilon\lambda\alpha$, $Selle$, $\beta\lambda\alpha$, $\betaug\alpha$, Latinè loquaeitas: Gallicè, *Bauerie*, $\epsilon\gamma\alpha\delta\zeta\epsilon\pi$, calumniari, Gall. *Herceller*. I etiam in prima & media sede interdum in e mutatur, quemadmodum etiam in iis vocabulis quæ à Latinis orta sunt, quod ferè fit in verbis quæ iuncta sunt ex in præpositione, vt impedire, *empescher*, inducere, *enduire*, inuadere, *enuahir*, piscari, *pescher*. Nonnunquam eædem vocales aliam quam asciscūt
in

in diphthongo, præterea sibi adiunguntur. veluti α & v , ϵ easdem, itemque ι , ϵ , \circ & \tilde{v} , asciscit. Αλεψ vellere, siue euellere, *Teller*, in cannabis hoc proprium est, cum scaphus detrahitur, qui φ inanis sit, $\alpha\beta\delta\tau\pi\kappa\epsilon\psi$ *Che-neote* dicitur à nobis. $\Phi\sigma\alpha$, abudantia, gal. *Foison*. Ελλεψ , galli. *Bailler*, id est, tradere. Hæc in iis quæ à Latinis duæta sunt, clarioꝝ indicia habent, vt pat cultorum, *Paire*, *Situla*, *Seille*, *Piscis*, *Poisson*. Restant duæ η & v , quarum η vt in Latinis, sic in nostris in effere mutatur, $\piοκη\pi\eta$, poëta, *Poete*; atque cùm extrema est sæpius, $\mu\bar{u}\eta$, *Myne*. v autem interdum manet, vt $\mu\bar{u}\eta$ prætextus, *Myne*, $\mu\bar{u}\alpha\sigma\eta$ comminuere, *Mynser*: nonnūquam vt in Latinis, in v vocalem, vt $\mu\bar{u}\epsilon\eta$, occulare, in futuro infinitiui $\mu\bar{u}\alpha\sigma\eta$. Gal. *Musser*. Interdum asciscit ϵ , vt $\pi\bar{u}\epsilon$ ignis, tenui in aspirata mutata & ϵ detracta, *Feu* dicimus. Atque de vocalibus hactenus. Tū Petrus, nunc, inquit, sequitur, vt de diphthongis differas. Eò, inquam, propero. Diphthongi propriæ sunt, vt *Tcis*, hæ; $\alpha\iota$, $\alpha\ddot{\omega}$; $\epsilon\iota$, $\epsilon\ddot{\omega}$; $\circ\iota$, $\circ\ddot{\omega}$. $\alpha\iota$ sonum habet proprium, sed tum maximè cum ι sequitur, vt $\alpha\iota\epsilon\Theta$, fortunatus. Gall. *aisé*. In hoc enim verbo atque similibus $\alpha\iota$ pronunciamus eodem modo quo $\alpha\iota$

JOACH. PERION. DE LINGVÆ
diphthongum, in hoc vocabulo πᾶς, id
est, puer, Græci solent. Nam in cæteris,
id est, in principio verbū, vel aliis locis
præter extremum non aliter atque æ diph-
thongum Latinam pronunciant. Nos e-
tiam & si alia litera quām s sequatur, co-
dem modo quo æ diphthongum pronun-
ciāmus, quod etiam in iis quæ à Latinis
ducta sunt, obseruamus, vt par cultro-
rum, *Paire de couleaus*. Quin ne quoties
quidem s sequitur, semper ita pronuncia-
ri debet, vt racemus, *raisin*, quod verbum
ita pronunciāmus, vt si *resin* scriptum es-
set. In αυ autem diphthongo, u vt u Latinum
cum est consonans, pronunciatur, se-
quente consonante. Nam si vocalis sequa-
tur, pronunciatur vt u consonans. Hoc Jo-
co Petrus, hæc tibi, inquit, exemplis illu-
st̄anda sunt, Prioris, inquam, exemplum
est huiusmodi, φαῦλος simplex, *Faul*, gal.
dicimus, sed au in o, vt in Latinis muta-
tur, credo vocalitatis gratia, vt *Maurus*,
Morus, sic nos φαῦλος *Foll* soleimus dicere:
hiuc φαῦλος, ridiculum quid facere, gal.
Follier. Posterioris exēplum est tale, χεῖνει,
exulcerare, tundere. Galli nostri hoc ad o-
culos

culos transtulerunt. Dicunt enim *chreuer*, a
in e mutato, priuare aspe&tu oculorum cō-
tusione. *Creuer* autem sine aspiratione in a-
lia re dicimus, cùm crepandi verbi signi-
ficationem indicamus. Interdum a ma-
net, & ut tollitur, vt ἀνλή, atrium & locus
amplus, gallicè *sale*. Et autem, inquit, ma-
nētne tota, an mutatur? Solum, inquam,
i remanet səpius, vt λείχειρ, *licher*, ιστείκειρ,
piquer, vel potius *piker*. Interdum manet
tota diphthongus, sed nouum sonum ac
propriū habet, qui utriusque vocalis qua-
dam modo est particeps, qualem omnes
in Hei interiectione esse sentiunt. Huius,
inquit, à te exemplum postulo. Exem-
plum, inquam, tale est, έγχειρίζειρ; niti, co-
nari, gallicè *eſſeier*; aut per ch, *echēier* po-
tiūs. Peccant enim qui per a, & duplex ff,
& y *eſſayer* scribunt. Neque enim y neqā in
Gallicis verbis y scribēdum est, nisi à Græ-
cis, quæ illam literā habēt, orta sint; quēad
modū nec in Latinis, vt iā docui. Quod si
in Latinis peccaret, qui y in patrīo casū no-
minis Antonius scribebat: sic qui in Galli-
cis, quę à Græcis nō eius generis quod dixi,
y scribunt, non recte scribunt eodē modo.

Multi ergo, inquit, vitiosè scribunt. Non tantum; inquam, multi, sed etiam plurimi, aliquique aliis corruptius: nec quisquam recte vñquam scribet, nisi qui verba vnde orta sint, intelliget. Quorsum enim, quæso te, toties indocti y scribunt? An non eos intelligere oportet, y literam esse, quæ Latini à Græcis mutuati sint, vt ea in Græcis dictionibus quæ illam haberent, vterentur? Quòd si Galli iisdé literis vtimur, quibus Latini, profectò y non in aliis verbis vti debemus, nisi in quibus vtuntur Latini. Eadem est z literæ ratio. Eam Latini à Græcis acceperunt, vt ea in iis scribendis in quibus apud Græcos inesset, vterentur. Et tamen innumerabilibus in locis ea litera à nostris pro s scribitur, vt cùm vsum Ruzæ scribūt, cùm, facitis, *vous faitez*, itemque sexcenta alia eiusdem generis. Sed ita, inquit, omnes ij quì iuris nostri vsu valent, scribunt. Quid tum, inquam? An non intelligis, consuetudinem in quoque genere eamdem esse; quam in quoque genere periti doctique seruent? Sed adeò, inquit, inueterauit hæc ita scribendi ratio, vt vix, aut ne vix quidem vñquam corrigi possit. Non, inquā, diffido fore, vt pedetentim ac sen-

sensim obliuione obruatur : & quanquā in nullo hominum genere tenaciū hæret, q̄ in iis quorum opera vestri vtuntur in describendis tabulis, erunt tamen aliquando, qui hos eorum errores non ferentes corrident : sicuti iam multos esse videmus doctos homines, qui diphthongos eos notare docent, & literas certas quas prætermittebant, scribere. Mihi quidem certè, inquit, tam crebra literæ y in Gallica lingua usuratio semper displicuit: literæ autē z usum cum quem impobas nunquam malum & à recte scribendi ratione quam ὁρθογραφίᾳ Græci vocat, alienum intellexeram. Vitiis autem non cognitis vitiosum scribendi genus consequi necesse est. Itaque posthac de hoc toto quod das consilium, sequar. Non est hoc, inquam, inuentum meum, sed grāmaticorum, qui literas Latinorum enumeraentes, y & z propter Græca solūm verba mutuatos à Græcis Latinos esse tradunt: y quidem, exempli causa propter hæc, rythmus, Cyrus, Pythagoras, Cyprianus, Dionysius, cum i prima & y tertia syllaba, in quibus à multis peccatur: syllepsis, syncerus, synceritas, Chrysostomus, Chrysippus, Chrysogonus, Cyprus insula, Cyprus

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

& Cypressus, cygnus, cymbalum, cynosura, abyssus, papyrus, olympus, *Ægyptus*, *Ægyptius*, crystallus, Hippolytus, cum i in prima, & y in tertia, lynx, hydro-
picus, hydropis, Hybernia, hymnus,
Labyrinthus, Lybia, Lycaon, Lycurgus,
. Lydia, lyricus, myrrha, Myisia,
nympha, paranymphus, Phrygia, physica,
phytonicus, Porphyrius, Porphyris,
Polycarpus, Pyramis, pyrata, pyrum, py-
rus, Pyrrhus, Scythia, Scytha, Scylla, Sy-
ria, Assyria, Babylon, syllogismus, symbo-
lum, symphonia, synagoga, syncopa, sy-
necdoche, synonymus, cum y in prima &
tertia, syntaxis, thymus, Tyrus, tyrannus,
tyrānis, Zephyrus. Hæc enim omnia & si
qua sunt alia eiusdem generis, præsertim
regionum, vrbium, & hominum nomina,
in linguam Gallicam transferentes, per y
debemus scribere. Itaque & Dionysius, *De*
nys, & *pyrus*, *poyer*, & *pyrū*, *peyre*, & Libya,
Libye, & *synonymus*, *synonyme*, & thymus,
thym, & *papyrus* siue *charta* *papyer*, scribi
debent. Multa tu quidem certè, Petrus in-
quit, vocabula protulisti, in quibus ferè pec-
catur y prætermissione. Si autē ea etiam e-
numeraris, in quibus peccatur eiusdē literę
pro

pro i adiectione , magnā à nostris homini-
bus gratiam inibis: Hoc, inquā, opus penè
immensi laboris sit. Cùm autem quæ voca-
bula eam literam recipient, docui , eadem
opera quæ respuant, indicasse videor. Sunt
tamen tria in quibus peccatur , propterea
quòd vno modo scribūtur, cùm duobus de-
beant, idq; ex origine intelligi licet. Quæ-
nam, inquit, illa sunt? Ea, inquā, quæ his tri-
bus Græcis μοι, σοι, & οἴ, quæ dādi casus sunt,
itēmq; in his tribus patriis casibus, μου, σου,
οῦ, triū pronominū, ἐγώ, σὺ, ὢς: nā vno modo
sine delectu nostri hęc ita transferunt, moy,
toy, soy, quod tū demum faciendum est, cùm
gignēdi casibus respondent: cùm autē dan-
di casibus respondent, moi, toi, soi scriben-
dum est. Quoniā autem omnium casuum
sunt apud nos, præter tertium quod in no-
minandi casu non reperitur , & in Græ-
cis eadēm non sunt literæ: cùm σὺ, id est,
tu , & in nominandi casu transferendum
erit, & in vocandi casu (eadem enim vox
est omnino) y retinendum . Triū autem
illorum accusandi casus , quoniam est ε,
id est, με, σκέε, moé, toé, soé scribendum est,
itēmq; auferendi casus, quoniam me, te,
& se etiam est in hoc casu apud Latinos.

Sed quoniā ἐγώ in prima persona dicitur, nōsque duobus illum nominandi casum transferimus, dubium est quónam modo scribendus sit, vt cùm quæritur, *Quisnam* hoc fecit? non respondemus, *Ge*, nisi aliud addamus, sed illud alterum, *Moi*, quoniam nec à Græco nec à Latino originem habet, per me quidem omnes quomodo volent illud scribant, licebit. Ex quibus facilè intelligi potest, corruptam ac vitiosam eam esse scribendi rationem, quæ peruulgata est, qua noīa & verba in *oi* vel *ois* diphthōgos exeūtia, per y scribūtur. Itaq; scribēdū est, *pisum*, *pos*, *pix*, *poix*, amabam, *g'aimoie*, video, *ge voi*, aut potiūs *vœ*, vides, *tu vois*, videt, *il voit*, itémque cetera eiusdem generis, quorum origo y non habet. Hoc enim generale præceptum, ne de singulis quæ infinita sunt, dicam, tenendum est. Intelligo, inquit, quām longè latéque hoc præceptū patere velis: sed tamen & gratum facies multis, & studia ignarorum præsertim adiuabis, si alia etiam in quibus peccatur y adiunctione notaueris. Video, inquā, te a liorum magis, quām tua causa laborare, cui studio neminē iure deesse posse cēso, nēdum mihi hoc licitum esse arbitrer. Vitoſe

tiosē quidem scribi vulgo ac passim y literam extremam in oppidorū vicorūmque nominibus iudico . Plerumque enim Galliæ nostræ oppida Gallica lingua per i extremā literam proferimus, ut *Cormeri, Prulili, Chasteau Thierri*, atque alia eiusdem generis, quæ ferè omnia ante paucos annos per e efferebantur. Ita, inquit, illa esse scribenda intelligo ex origine, in qua i non y scriptum videmus . Cormœriacū enim, Prulliacum, & Castrum Theodoricinū dicuntur . Vitiosa etiam illa est hac in parte scribendi ratio , qua Græca vocabula vel Hebraïca per y quod in eis nullum est, scribūtur: atque is error non solum in lingua nostra, verum etiam in Latina, scriptorū ignorantie versatur. Talia sunt Iessæ, idololatria, quorū primam literam plerique ignari eorū originis, non i sed y scribunt. Corrigendus etiam est error is quem hac eadem scribenda litera, ij præsertim qui eo scribendi genere apud nos vntuntur, quod literam currentem vocant, sequuntur. Cùm enim vocabula ea scribūt, in quibus multæ concurrunt literæ, quæ dubitationem aut ambiguitatem legenti afferat, quo in genere sunt m,n,u, distinguēdi, vel

G

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

monēdi causa pro i y subiicere, vt scis, solēt. Idémque faciunt, cùm & diphthongus in duas syllabas diuiditur, vt cùm nomē scribunt, quod Latinè patria dicitur: *pays* enim pro *pāis* scribunt, quod ex origine facilè intelligi potest. *παῖς* enim eius est origo, à quo nomine si τ & ο auferas, *pāis* remanebit. Nā vt internoscatur à se cùm diphthōgus est, intelligiq; possit duas efficere syllabas, apices duo suus in vtraque vocali notandus est Græcorū, qui idem faciunt, imitatione. Cùm enim *παῖς*, id est, puer dividūt in duas syllabas poëtæ, duobus id apicibus hoc modo *παῖς* significant. Idque etiam Latini imitati sunt in iis scribendis vocabulis, quæ diphthongis ita constant, vt nisi hoc fieret, lector retardaretur, atq; ambigeret vtro modo legendū esset, aut ignari potiū illud quod diphthongus quę vnā syllabam natura sua efficit, eos statim monet, sequentur: veluti in his duobus, phaēthon & poëta, aliisque eiusdem generis. Quinetiā idem obseruant in i vocali, quotiescumque dubium est vocalisne vim, an consonantis habeat. Nam vt moneant eam vim habere vocalis, cùm est multarum vocalium concursus, tum supra illam ad vtramque partem

partem duos illos apices notare solent. Id quod nobis quoque faciendum est potius, quam y scribendum, nisi verbi origo aliud doceret. Itaque erratis tu & pater, dum cognomen nostrum per y hoc modo *Peryon* scribitis. Perionius enim per i scribendum est. Nec te velim constantiæ causa errare malle cum multis, quam id quod ratio monet cum paucis tenere. Hoc loco Petrus, Non tam mihi, inquit, hoc molestum est, quod me accusas, quam gratum, quod accusatione mei & me qui pertinax esse nolim, & omnes qui in eodem errore versentur, quos scio esse quam plurimos, quantum in te est, in viam reducis & reuocas. Si nihil est præterea, quod de y dicas, ad z literam tibi veniendum est. Nihil est, inquam, iamdudum: nam cum hæc omnia quæ adhuc dixi, ad generale illud præceptū quod in hac re tenendum esse monui, originem spectandam esse, referantur, de z iamdudum cœpissim dicere, nisi me ut hæc ipsa planius & quasi enodatius dicerem, rogas. Nec tamen me huius laboris pœnitit, propterea quod præcepta quamuis generalia, nisi exemplis illustretur, obscura esse soleant. Itaque quanquam idem

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

præceptum non ad y solùm , sed etiam ad z & x aliásque literas in quibus peccatur, pertinet , tamen exemplis patefaciéda explicandáque sunt omnia . Quid ergo , inquit, de z habes dicere? Multo, inquam, maiorem mihi operam ponendam esse in eo, ut doceam, quando litera illa non scribenda sit, quām quando scribēda. Solent enim eam omnes mediis syllabis in quibus sinter duas vocales lenius, ut scis, à nobis profertur, ferè subiicere . Itaque haud temerè in ea non scribenda peccant, sed in ea scribenda səpius, idque fit dupliciter, & in iis vocabulis, quę eam literā mediā habent, & in iis quę extremā. De ea extrema primū dicā, quoniā error ille manat latius. In nominibus quidem , pronominibus, participiis, verbisque numeri multitudinis hic error ferè consistere solet, non aliam ob causam , nisi quod origo minimè spectatur. Hoc, inquit, velim, explices . Nostra , inquam, lingua , in nominum inflexione sicuti cæteræ vulgares , Hebraicā imitatur . Sunt enim indeclinabilia, ut vocant, omnia . Ita fit, ut cùm numero multitudinis omnes eorum casus in easdem syllabas & literas excant , origo spectanda sit in eō casu

GALL. CVM GRÆCA COGNAT. ,
casu Latinorū Græcorūmūe nominū, ad
quē propriūs accedat. Veluti, exēpli causa,
sī quæramus nominādi casus huius nomi-
nis magistri numero multitudinis quæ sit
origo, quoniam in illo litera s non inest, &
inest in nostra lingua nomine (*maîtres* e-
nīm dicimus) haud dubium est, quin à no-
minandi casu numeri singularis originem
habeat, ita tamen ut s literam ab accusan-
di casu magistros, vel dandi magistris mu-
tuetur. Mihi, inquit, ita videtur, præsertim
cùm verisimilius sit illum casum à suis lite-
ram illam mutuari, q̄ ab exteris & alienis.
Quæ cùm ita sint, inquā, cùmq; litera s in
iis quos dixi, duobus casibus tam apud Græ-
cos, quam apud Latinos in omni inflexio-
ne reperiatur, profecto s in omnibus, non
z litera extrema scribenda est. Quæ enim
ratio est in accusandi & dādi casibus z scri-
bere, in quibus s extrema est litera? Nulla,
inquit, cùm, vt & ais, & ita res est, nō z, sed
s reperiatur. Quòd si in his, inquā, casibus
sponi debet, cur in nominādi gignēdique
casibus z potius q̄ s scribetur? Nō video, in-
quit, quāobrem id rectè fieri possit, quan-
doquidē in nullis casibus z inueniatur, & s
reperiatur in tribus. De primæ ac secundæ

G ij

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

inflexionis Latinorum nominibus , & ter-
tiæ quartæque præterea Græcorū loquor.
Nam in tertia, quarta & quinta inflexione
Latinorum, Græcorūmque quinta in casi-
bus omnibus , præterquam in gignendi s-
ferè extrema reperitur . Itaque non est id
quidem dubium, quin si in illis s scribenda
sit , in gignendi etiam casu recipi debeat.
Hoc, inquit, sequitur ex superioribus, & re-
ctè sequitur . Quæ est igitur, inquam , ista
tanta inconstantia , in nōnullis nominum
numeri multitudinis casibus etiam omni-
bus s extremam literam ponere , & z in a-
lliis etiam omnibus ? Magna, inquit, incon-
stantia est. Scisne, inquam, quamnam e li-
teram isti qui his temporibus se elegantiùs
loqui existimant, marem, quam feminam,
siue masculinū & femininū vocant? Quid-
ni, inquit? Sed hoc miror, te qui Græcis La-
tinisque literis deditus es, ista curare pueri-
lia. Ista, inquam, nunquam tanti feci , vt in
eis aliquid operę mihi ponēdum cēserē: sed
tamen nō possum non sumere in manus li-
bros eos qui in lingua nostra correctiores
ex libratoriū officina prodeūt. Sed que ra-
tio est e literā in marem & feminā diuide-
re? ac nō potius alteram acutam appellare,
g r a u e m

grauem alterā, quod in illa acutus accētus; in hac grauis intelligatur. Quāquam non litera acuta aut grauis dicēda est, sed potius syllaba. Grammatici, inquit, hoc docent, à quibus hæc tua haurire debuerūt, non ista sua fingere. Quid, inquā, quod eæ syllabæ in quibus e extrema litera acuto accētu notatur, eorum sententia per z scribuntur? vt mittitis, cùm mettez per z scribunt: an non illud mittitis, quod origo nostri verbi est, satis admonere eos potuit, s literam esse retinendma? Quod in cæteris quoque verborum temporibus & personis secūda singularis, prima secundāque pluralis numeri faciendum est, quæcunque vocalis in extrema syllaba reperiatur: veluti, exempli causa, amas, tu aimes, amamus, nous aimons, amatis, vous aimés: doces, tu enseignes, docemus, nous enseignons; docetis, vous enseignés: legis, tu lis, legimus, nous lisons, legitis, vous lisés: recipis, tu reçois, recipimus, nous recepuons, recipitis, vous recep- ués. In pronominibus & participiis idem seruandum est. Quæ enīm ratio est, eos cùm hoc totum, nostri patres, transferūt, nos peres, dicere, cùm s in hoc vocabulo nostri, insit? Et cùm illud, vestræ ma-

E ivii

IOACH. PER ION. DE LINGVÆ

tres, *vox meres*, ac non potius, vos, cùm præsertim z sit assumpta litera, & s insita? veretur scilicet illi, ne nos & vos pro primigeniis sumantur. Eadem etiam participiorū ratio est, quę nominum. Cùm enim s litera in dandi & accusandi casibus scripta sit, retinenda est, non z asciscenda & adhibenda. Tum Petrus, intelligo quid velis, inquit, nempe spectandā hīc quoque esse originē. Nihil, inquam, aliud volo: idque me recte velle hinc sciri potest, quod Latini in recta scribendi ratione originem sequuntur, ut y & z scribant in iis tantum vocabulis, quę illas literas apud Græcos habeant, nec unquam pro iis i & f soliti sint ponere, ij duntaxat, qui in doctorum numero habeātur. Quis enim doctus aut verbi philosophiæ primam syllabam per y, aut per i etymologiæ secundam scripsit unquam? aut quis eiusdem verbi philosophiæ per z tertiam scripsit, vel per s azymi secundam. Quis autem hoc eos docuit, nisi verborum illorum origo? Sētio me hoc in loco adhortatione tua vel studio adductū diutius cōmorari. Itaque si placet, ex tā longo diuerticulo in viā reuer tamur. Alios, inquit, nescio: mihi quidē certè non videris longiorē posuisse orationē.

Sed

Sed tamen quoniam mihi à te hoc loco cumulatè satisfactum est, quò voles, sequar. Huc, inquam, nos vitiosa y scribendi ratio à diphthongorum Græcarum in nostram linguam mutatione abduxit. Memini, inquit. Itaque quoniam de ei diphthongo dixisti, nunc tibi de eū differendum est. In hac, inquam, apud Græco u sequente consonante ut f pronūciatur, & cùm est extrema verbi litera, sed tum in nostra lingua in u vocale transfertur, cuius vim in pronunciatione obtinet, veluti ἔλθυσις, eleffsis, incessus siue ingressus, Gal. *aleure*, e in a, & ē in r, quod ferè fit mutatione. Hæc, inquit, duæ ou & ov restant. Rectè mones, inquam. In his maior quædā inest difficultas quam in superioribus. In œ diphthongum ei interdum mutatur, vt λοιπορεῖν conuiciari olim Galli *lædorær*, vt ait Budæus, dicebant. Cùm est extrema syllaba, aut eius pars, manet illa quidem tota, sed tamē nouū quendam sonum i efficit, qui ad e accedere videtur, vt μοὶ moi, σοὶ tōi ita pronunciamus, vt si mōe, tōe esset. Picardi autem hīc Græcorum vītatem pronunciationē retinent. Mōi enim, id est mihi, et si moi scribunt, tamen ita, vt si mi esset, pronunciant. Quam

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

quidem pronunciationem nos quoque in primis mediisque syllabis retinemus, ut γλω̄ο̄ς lubricus. Gal. *glissant.* οὐλέο̄ς, miser, Gal. *bélicêtre.* Interdum iisdem in locis diuiditur ut fiant duæ syllabæ. νοῖμο̄ς, comptus, Gall. *coinc̄t.* & verò ferè eandem quā apud Græcos, apud nos quoque retinet pronunciationem, cùm in ou transferatur. & τάξει, vulnerare, Gall. *outrager.* ἀκύει, audire, Gal. *aconter.* μῆσο̄ς, mustum, moust. βρύθαε, depascere, Gal. *brouster.* νόσει, pulsare, Gal. *crouler.* hinc *grouler* moueri dicimus, id est νοσταδου. patiendi significatione. & nonnunquam u tantūm efficit, βρυθτεῖν de præda militum quam inter se diuidunt, à bubus *buthynēr.* quanquam certis Galliæ locis prædam, vel lucrum *bouthyn* dicunt. Est autem hoc verbum inuentum à Budæo. ὁ σφέδιος, *Austroche.* sic struthio camelum vocamus. & φειρ, inuadere, Gall. *hurter.* o interdum in e mutatur, ut φέιρ, ventus secundus & prosper, hoc ad homines transferimus. felicē enim *heureus* dicimus. Multa, inquit, vocabula hoc loco, patruæ, protulisti, quorum à te originem quæsiturus fui. Si semper ita deinceps facias, vix è multis pauca mihi restabunt, quæ me anteà semper torserūt. Nūc, inquam,

inquam, sequitur, ut de consonantibus differamus. b quidem interdū in u consonans mutatur, vt $\alpha\beta\kappa\alpha\tau\epsilon\pi$, consyderare, Gal. aufer. Ex quo intelligis eos vitiosè scribere, qui d addunt, vt aduiser scribant. hinc auis pro consilio & sentētia. Hoc, inquit, nunc demum intelligo. atque hoc verbum est vnum eorum quæ ad ius nostrum pertinēt. Alterum, inquam, verbum, exempli causa proferam, quod animum etiam tuum anxiisse aliquando existimo: meum quidem certè diu torsit. Quodnā, inquit, illud est? $\epsilon\mu\beta\epsilon\pi$, inquam, quod Latinè vacillare & errare, Gallicè autē *réuer* dicimus. hinc $\epsilon\mu\beta\epsilon\alpha\sigma\mu\circ\circ$, error mētisque occupatio, quam *réuerie* nostri dicunt. Pergratum, inquit, mihi hoc loco fecisti. euellisti enim mihi ex animo scrupulum, qui me diu anxerat. Sed perge porrò. Eadem, inquam, litera, id est β nonnūquam in b Latinum mutatur, sed serè cùm prima est vocabuli, vt $\beta\phi\epsilon\pi\epsilon\pi$, emanare. Et quoniā aqua ē fonte cùm manat, īpetu suo sonū quēdam reddit, sonū illū ad hoīes aliásque res transferimus. *Bruire* enim, & *mener ac faire bruit* dicimus. $\beta\phi\chi\epsilon\pi$, & $\beta\phi\mu\epsilon\pi$ resonare, Gal. *braire* dicimus. $\beta\phi\beta\phi\phi\phi$, lutum, cœnum, Gal. *borbier*. $\beta\alpha\pi\tau\phi\pi$,

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

bacillum, Gall. *bâton*. hinc verbum *batre*, id est verberare. *βράζειν* & *ἐμβράζειν*, feruere, facere, hoc ad prunas transferimus. *embrasser* enim penè ad verbū dicimus. hinc prunas ipsas *brazier*, & *braire* vel *brêre* dicimus. Nonnunquam tamen eum prima est verbī litera, in u consonans vertitur, vt *βλεψ-*
θης, sordidus, Gal. *vilein*, i inter u & l' interiectione. *Ἐλένος εօς vilenie*, siue duplii n, *vilenie*. huius generis pauca sunt: multò plura superioris. Itaque aliqua præterea addā, *σβενύειν*, restinguere. Hoc mihi nostri ad exules transtulisse videntur, cùm *bennyr* dixerunt, quòd exules quasi extinti & mortui sint reipub. *Quanquam* & hæc vox & illa quæ ad milites cùm diliguntur, & ad ineunda coniugia, & ad molas pistrinas & ad furnos accommodatur, ἀχτὸς παντὸς, mihi etiam dici videtur. π enim in β' medium sæpe transferimus. Itaque in neutro genere πῶ, id est omne, totum, vniuersale, generale, *Ban* appellare nos existimo, vt si ad cōiugium transferatur, generalis denuncia-
tio, prima, secūda & tertia: si ad pistrinam molam, mola communis, itémque furnus cōmunis, si ad milites, extremus delectus generalis atque omnium intelligatur. Itaque

que cùm molam pistrinam vulgo banchariam vocamus, hoc à Græco πανταχό. θι, siue πανταχοῖ nos ducere arbitror, quòd vndi que ij qui in fide sunt dominorum , triticū eò conuchere cogūtur, aut quòd in omnes partes loci pertineat . Hui , inquit, quām multa obscuritatis plena vno nomine explicauisti? cum magnam à Gallis nostris omnibus hinc gratiam initurum te esse spero: tum me tibi prætereà multum debere statuo & fateor. Si hoc, inquam, iam fateris, veraque tua oratio est , multò plura te mihi debere, si hoc accipere velim , deinceps fatebere. βαπτολόγος enim is dicitur, qui loquax est, multaq; & inania loquitur. hinc nostra lingua histriones, batteleurs vocamus: & cùm aliquem ineptum esse & effutire multa significare volumus, eum batteleter, quod est Græcè βαπτολογεῖν, siue βαπταλίζεσθαι, obscoenas partes sustinere. βραχιόλια, ornamenta brachiorum, quæ in mulieribus penè ad verbum bracelet vocamus. Κασάξειν, baiulare, porter. hinc βέσαγμα, gestatoriam sedem, siue sellam, quā in equis, asinis & mulis clitellam Latini vocat, nos bast dicimus. hinc etiam βασάξειν actionis significatione abutentes , clitellam impo-

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

nere, *baster* appellamus: & cùm quispiā capare aliquē significatur, *embaster* dicitur. Quo, inquit, lōgiūs progredimur, eò veri^o esse sentio id quod professus sum: Quid? si eos, inquam, quos Latini spurios vocant, nos bastardos, ex hoc verbo appellatos esse dicam, satīsne vidisse iudicabor? Verisimile, inquit, narras. quanquam nō sum ne- scius, inquam, à natura siue pudendis mulieris, quę honesto verbo *bas*, vt scis, cùm in ea re, tum in aliis multis appellamus, rectè posse dici. Hoc, inquit, mihi verisimilius videtur. Ut ita, inquam, res sit, tamen verbū illud *bas*, quo locum, partem, aut aliquid aliud infimum esse significamus, ex Græco natum est. βέσις enim Græcè, basis Latinè dicitur, id quod aliud sustentat, & καταβαίνειν descendere, & καταβασίς descensus dicitur. Ut rem, inquit, accuratè subtiliterq; scrutatus es. Ex hoc, inquam, verbo nata sunt hæc, *baiffer*, *deprimere*, & *abaißer* & *rabaißer*. Futurum enim infiniti modi huius verbi καταβαίνειν, est καταβάσεως, ex quo si κατ detrahas, αβάσεως remanebit. Itaque *abésser* potius scribendum est, quoniā in e mutatur ferè, & simplex σ apud Græcos, ut sis, non aliter ac duplex s̄ pronūciatur.

Tuum

Tuum est, inquit, de hac re tota iudicium, quod quidem mihi valde probatur. Sed si quid habes præterea, expone ut cœpisti. *βόσκειν*, inquam, id est Græcè quod pasce-re: hinc *bois* lignum, & syluam & partem li-gni *būsche* dicimus. *βλαῦται* numeri plura-lis secundæ inflexionis *crepidæ* vocantur, quas nos λ detrac̄to & αω diphthongo in ο mutata, *botas* Gal. *botēs* vulgo appellamus, & verbum *βλαυτέν* crepidas inducere, *boter* dicimus. Interdū β detrahitur omnino, vt *βλακός*, piger & ignauus, à nobis λ detra-cto, & η in ch mutato, *lâche* dicitur, & ver-bum eodem modo *βλακύεν* esse pigrum & ignauū, *estre lâche*, quod etiā ἀχτε μαλακή, id est à molli, prima syllaba dempta, *lâche* dici potest. *βάλλειν*, mittere, & quoniā quæ mittuntur, tradūtur, factū est, vt nos *bailler*, tradere penè ad verbum dixerimus, hoc à Budæo notatum est: itēmq; hoc, *βρόχος* vas vinarium, ἀχτε τε *βρέχειν*, id est à fundendo, quod nos *broch* nominamus. *βράσος*, ora & fimbria, Gall. *bour*: *βύργη*, crumena, à nobis *bourse*, à corio, ex quo confici solet, appella-tur. *βλασφημεῖν*, maledicere, nos *blasmer*, φη syllaba detracta dicimus. In nōnullis duo β reperiuntur, quorum prius vt b Latinū,

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

posteriorius utrūcōsonās à nobis pronūciatur. *Čáčæx*, loquax, Gal. *bauer* & *bauard*: & verbum *βαβάξειν* confusè ac non distinctè loqui, *bauer*, ad loquaces & vanos transferimus. *βρωθίειν*, quod est primas obtinere, nonnulli ad id transferre volūt, quod nos *brauer*, id est splendore vestium nitere dicimus, fortassis rectè, quòd ij qui ludis gymnicis præerant, cæteris ornatu præstarēt. Si ita est, *βρωθίς* is erit, qui *braue* & *braueus*, qui est ornatu & habitu præstantissimo. Egó verò id malim à brachis, quibus olim Galli insignes, Brachati appellabātur: præsertim cùm me puero vbiique & nunc plerisque in locis Galliæ *braguer* & *bragueur* dicantur, c in g, ut ferè fit, mutatione. Hoc, inquit, posteriorius, mihi valde probatur, idq; verisimilius iudico. Vtrunque, inquā, adhibui, vtrum alij malint, ipsi viderint. Mihi videor dixisse breuiter, quot modis β in linguam Gallicam trāsferatur. Ad alia veniamus. Sequitur, inquit, γ litera. Est ut dicas, inquam. Neque enim idem ordo est literarum apud Græcos, qui apud Latinos. Litera hæc in g Latinum ferè transfertur, pronunciationemque eandem retinet: ut γλισχός, lubricus, *glissant*, vel *glischant*, cùm de lo-

de loco vel terra loquimur. *χρηφεύς*, *Græphyer*, id est scriba, quod tu verbum per ph,
vt ego feci, soles scribere, sed in eo peccas,
quòd per i scribis, cùm y retinendum sit,
vt vides. Hoc nunc demum, inquit, intelli-
go, idq; te authore faciam. *ἀγειλόθ*, iracun-
dus, hoc verbum ad elatos trāsferimus, φ,
vt opinor, iracundi feroceſ eſſe ſoleant. *or-
guilleus* enim dicimus, & *ἀγειλέαθος*, *orgueillir*,
ideſt eſſerri. *Ξαγκυατά*, bellaria ſunt omnis
generis, ſed nos ad certum genus quod *dra-
gēe* vocatur, tranſtulimus. In c mediam in-
terdum mutatur, quemadmodum ſuprà di-
ctum eſt, vt *γωνία*, *coin*, id eſt angulus: *γωγ*, *car-
. i.* enim. Nonnūquam duo coniuncta ſunt,
tūmque ferè prius, vt apud Græcos in v, ſic
apud nos in n verti ſolet, vt *ἐπεράφει*, inſcul-
pere, Gall. *engrauer* dicimus. *θριſſος*, vertex,
fastigium; fabri tignarij, ad certam trabem
ſiue columnā in teſtis accōmodat: *ιθριγue*
enim appellant. Idem fit, cùm u ſequitur,
vt *ἔγκυος*, *prægnans*, Gal. *encynte*. Hanc lite-
ram vitioſe multis in locis pro i consonanteſ
ſcribitur, quòd nulla originis ratio du-
catur, vt *vindemia*, *vendenge* ſcribunt: cùm
vendenie, & *fimbria*, *frange*, cùm *franie* ſcri-
bendum ſit. Neque enim hoc recte afferri

H

potest, distinctionis causa g pro i adhiberi. Isto enim pacto in Latinis nobis facere i-
storum quidem sententia licebit. Quòd si
non placet, cur hoc loco placebit? Contrà
i interdum pro g scribitur, vt eū nominan-
di casum ego, ie scribunt penè omnes, cùm
origo ge scribendum esse doceat. Quid hoc
loco afferre possunt? an distinctionē & am-
biguitatē, quam, vt illic ita hīc vitare ve-
lint? at qui nulla est, si g adhibeatur. Quid
causæ est, quamobrem non isto modo &
Georgij nomen transferentes, George scri-
bant? Si originē afferant, cur eandē etiam
in illo pronomine non spectant? Vrges, in-
quit, grauissimis rationibus nostros penè
omnes, nec video quid aliud possint cōtrà
dicere, ita eos suo gladio, quod aiunt, iugu-
lasti. Nam quod ad pronomen ego attinet,
legi ge per g scriptum sāpe in antiquis ta-
bulis. Tum ego, Ad d, inquam, veniendum
est: quæ litera eò minus quām superio-
res molestiæ afferet, quòd ferè vim suam
retinet, vt, quos in iure vestro *endiēt̄urs*, &
verbum ipsum *endiēt̄er* dicitis, à Græcis *ei-
dēnūt̄ar*, & *ei-dēnūwād̄ar*, id est, indices & in-
dicare dicuntur, quæ quidem à Budæo no-
tata sunt. Hoc, inquit, occupasti. est enim
vnum

vnum iuris nostri, quod me vehemēter ad-huc torsit. Ut *λυσφημεῖν*, inquam, male dicere, & famam alterius lēdere, ad verbum penē *dyphamer*, vel *dyfamer*, quoniam famā per f scribimus, à nobis dicitur, quod per y, non per i, & simplex f, non duplex, ut vulgus solet, scribendum esse, origo declarat. Sentio, inquit, quām multa nobis sint corrigenda ad verborum originem, à qua discedentes peccauimus. In patiendi etiam, inquam, significatione, *λυσφημεῖδαι*, esse infamem, estre *dyfame* dicimus. *Δισφέρονται*, res de quibus est controuer-sia, *differentes* à nobis vocantur. *Δέπτεν*, fatu-rum, *Δέψεν*, parare, ut fullones: hinc *depser*, in minutas partes comminuere, & *dresser*, parare dicimus. *ἔᾱ τοδεῖν*, nugari, & ex mul-tis dispersis vnum componere, Gall. *ravau-der* dicimus. *κύδικων*, gloriari: hinc nostrum *cuider*, id est putare: hinc etiam arrogantem, *oultre cuius* vocamus, id est, *κύδεος*, & *κύ-δος* neutrum, *oultre cuius*, id est, gloria-tio & arrogantia dicitur. *λογδός*, simplex, humiliis, incuruus. hinc eos qui non re-stè funguntur officio, ob stuporem, *lor-dans*, id est, *λογδλούς*, penē ad verbum, &

H ij

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

lourds appellamus. $\lambda\omega\delta\lambda\gamma\nu$, *estre elordi*, id est
 ob stuporem non recte facere officium:
 & $\lambda\omega\delta\lambda\omega\sigma\is$, *lorderie* eiusmodi vitium, quod
 à membrorum & vertebrarū luxatione in-
 terdum ad animum transferimus : idq; in-
 terdum in membrorum officio consistit, vt
 si quis præteriens cadat, aut quia pedibus
 vestē obterat vel suam vel alterius, aut alia
 etiam culpa quā cæteri facile vitant, eum
 $\lambda\omega\delta\lambda\sigma\is$, id est *lordos*, vel, vt vulgo scribi solet,
lordault & *lourdauld* nominamus. Estne, in-
 quit, hoc verbū à quoquam ante te notatū?
 A nemine, inquam, quod sciam. Miror, in-
 quit, ab aliis non esse animaduersum: præ-
 fertim cùm tam sit tritum & clarum. Alia,
 inquam, sunt etiam permulta æquè clara
 ex sermonis quotidiani consuetudine, quæ
 primus obseruaui, quorum partim iam cō-
 memoraui, partim deinceps idoneis locis
 proferam. nunc id quod agitur, persequor:
 $\alpha\rho\delta\lambda\theta\epsilon\pi$, irrigare: $\alpha\rho\delta\lambda\epsilon\alpha$, irrigatio dicitur.
 hinc ortum, *iardin* appellamus, quod irri-
 gari soleat, i literæ adiectione. Nam si ab
 accusandi casu $\alpha\rho\delta\lambda\epsilon\alpha$ a posterius auferas,
 & i principio addas, *iardin* remanebit. Vul-
 go tamen r inter d & r interiicimus. Ac &
 quidem in his tot exemplis vim suam ob-
 tinet:

tinet: quod quidem perpetuum est, nisi de-
trahatur, ut ἀκολήσ, piger, Gallicè, *paraceus*,
vel *pareceus* dicimus, & per c nō per duplex
ſ scribendum est. Atque haud scio, an πα-
ρεχθῆσ, restē pro eodem dicatur: certè no-
ſtri hoc ſpectaſſe videntur, cùm ita tranſtu-
lerunt. ἀκολία, negligentia, quod vitium
ex eodem *parēce* nominauiimus. Quan-
quam fieri potest, vt ductum ſit ab hoc no-
mine παρέχτις, quod & contemptum ſi-
gnificat & negligentiam, & ortum eſt ἀπό
της παροράσμι, quod negligere declarat: hinc
homines qui pigri ſunt, *aparecer* ſeipſos,
id eſt, pigros ſemetipſos reddere dicimus.
ιλλῆlos, ſepimentum, hoc ad oſtium ſe-
menti accōmodauimus, quippe quod clēe
appelletur à nobis. Aliæ literæ in hanc in-
terdum mutantur, ſed τ ſəpiis, quòd me-
diū ſonum inter τ & θ obtineat, de quo
ſuo loco dicendum erit. Nunc de ȝ dicen-
dum eſt. Quanquam nihil eſt ferè quod de
hac litera dicam, niſi eam vim ſuam apud
nos, id eſt, eandem quam apud Latinos re-
tinere, & diligenter vidēdum eſſe, id quod
ſuprà admonui, ne ſ pro ea ſcribamus.
πείζειν, ſecare, nos brizer dicimus, quod ta-
men maius quiddam ſignificat, id eſt ob-

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

terere. ἀτύχειν, irritare, *atyzer*, certis locis dicūt, aliis *atayner*. Mutatur interdum in i, vt ζῆλος, nimius amor ex suspicione natus, *ialosie*, vel *ialousie* à nobis dicitur, nec per z, sed per s scribi debet. Atq; haud scio, an in vlo alio id contigerit. Demitur tota interdum, sed ferè cum eam quam terminacionem vocant, indicat, vt λεπίζειν, pellēti detrahere, *peller* dicimus. quāquam etiam à pelle ductum videri potest. ναλπάζειν, equos dicimus *galoper*, cùm eis calcaria subduntur. His, inquit, tot proferendis exemplis, non solum quæ verba nostra à quibus Græcis orta sint, sed etiā cur orta sint, & quemadmodum, doces. Nunc de ḍ, inquam, dicamus. In ea peccatur ferè cùm t scribitur, q̄ nulla originis ratio habeatur, vt ḍύψ, mactare bestias, & immolare. hinc nostrum *thuer*, id est occidere, quod per th non per tenuem t scribendum est, vt origo declarat. Muθεῖν loqui, in hoc v in o vertimus, nec eo ferè utimur, nisi cum negatione aut si coniunctione, *dire moth* appellamus. Hinc Musici cationum suarū vocabula & contextum *mothés* nominant. βγδυτεῖν, partiri prēdam, vel lucrū, *buthyner* cū th & y dicimus. θεῖσ, patruus siue auūculus, & θεῖα, mater-

matertera, siue amita, Picardi Græca hæc tenent. θέοι enim théion, ad verbū & θέας, théie dicūt: ab eis autem per t solum & à & y vitiosē scribuntur, quēadmodum ex origine intelligitur. Hoc loco Petrus, quid túne etiam Picardiam tibi visendam censuisti, ut hæc disceres? In Picardiam, inquā, profectus sum aliquando; non eò tamē, ut hæc ab incolis discerem, sed animi laxandi gratia, eaque cognoscēdi quæ ibi visuntur. Ibi cùm essem, cùm hęc ab illis proferri vocabula, tū alia multa audiui, quæ conjugens cum Græcis, ab eis orta postea comperi. Sed ad rē reuertamur. θηλαι spina, nos genus ad speciē quandam, quam ab hoc Græco aglanthier vocamus. rosas autē sylvestres ex se fundit. θολεῖν, turbare, nos thouiller, & θολόρων thouilleus, & τεθολημένον thouillé appellamus. θλίβεσσαι, premi, thrauiller, siue eſtre trauillé dicimus. hinc θλίψis thrauail, cùm ad omnes, tum ad parturientes, quòd premantur in partu à nobis accō modatur. θύειαι, pila, id est mortarium: forfassis pilā lusoriā, q̄ tundatur dū fit, & rotūda sit, ex eo ethen dicim⁹. θηλάζειν, lactare & lactere: nos hoc per geminationē, ut pleraq; alia, à prēterito τεθηλακέαι, efferimus.

H iij

IOACH; PER ION. DE LINGVÆ

Puerum enim cùm mammam fugit, *tether*: & matrem quæ mammam præbet, *donner à tether* dicimus. In his quidem ac similibus, & in th mutatur, & vtrūque retinendū est, ne ab origine deflectamus. In nōnullis t in aliam literā mutatur, vt ὁ σέργος, *hostruche*, σέργιονάμηλος. Si nihil, inquit, præterea habes, quod de & dicas, de & scilicet dicēdum est. Nihil, inquam, habeo. Scquitur autē &, vt ais, quæ litera primum in eam literam quæ ei penè par est apud Latinos, id est, c trāsfertur, vt νόλλα, *colle*, id est gluten: νόλλα, οὐ, cōglutinare, *coller* dicimus. νόπτευ, scindere, præcidere: in futuro νοπτῖν, nos penè ad verbū *coper*, de iis quæ mollia sunt, vt pannē, & lignū, dicimus. hinc lignorū fragmēta *copeaus*, siue *coupeaus* dicuntur à nobis. πρώτον, Picardicē *pocítron* dicitur. τῷράει, futurū: πράσειν, g. *passer*, πάνεαζ, irasci: hinc nostrum *corrocer* pro codē per c non per duplex f ortum est. μάντεξ, arca in qua farina pinsitur, a in e mutato, vt interdū fieri docui, *mect* à nobis dicitur. νορωνόν, id est elatū, *cornar* vocam⁹. νείχειν, clamare, crier: hinc *cri*, clamor dicitur. οὔθοις multis in locis Galliæ, id quod prædiū Latinè, & hīc in Turonibus *metayrie* appellatur, cēnse, τ detraicto dici-

dicitur. Nam multa sunt nomina quæ apud Græcos us habent, vel in extrema, vel in tertia ab extrema, ut sunt locorum propria, quæ in Latinam linguam translata, n̄ inter e & s asciscunt, ut Κλήμης, Clemens, Μαγνησίοι, Magnenses, vel Magnesij. Hoc loco Petrus, fortassis, inquit, Picardi, quos adiisti, ita prædium nominant. Illi ipsi, inquit, ἀπόθεκτησεως, id est à possessione. Sed habésne, inquit, dicere, vnde nostri Turonnes aliique finitimi populi villam siue prædium, siue agrū *metairie* appellauerint. Id, inquam, docere possum. μετουσία enim *metayrie* vel *metayrie* s in r, ut ferè fit, mutatiōc à nobis dicitur, à participando & communicando, quòd μετέχοντες, siue μέτοχοι, id est, ii qui ibi habitant, *metés* penè ad verbum dicuntur, medium partem fructuum, & domini reliquam auferant. Hinc à vobis iuris peritis paries qui communis est, siue murus *metoier*, quòd Græci μέτοχοι, id est, commune vocār, dicitur. Emoriar, inquit, nisi me magna molestia liberasti. Hui tam multa iuris nostri vocabula. Quoniā huc, inquam, lapsi sumus. Verbum est nostrum, quod me diu multūmq; torsit. Id illud est, quo diē, *iour*, vel vt alii pronunciant, *ior* ap-

IOACH. PERION: DE LINGVÆ

pellamus: nec à Latino illo, nec à Græco
nūc habens originem. Hebraicum verbū
esse quidam volunt, quòd iom dies lingua
illa dicatur. Ego à Græco ὥρη, quod ma-
ne & diluculum significat, ortum esse arbi-
tror, i ad initiu verbi adiectione, & ἥρη de-
tractione. Solemus enim prima luce diem
esse, id est, lucescere dicere. Ita à prima par-
te, diem nominamus, nisi forte à Latino
diurnus detracto d, *iournē*, & hinc *jour* ap-
pellatū à nobis putamus. Hoc, inquit, po-
stremum, mihi placet, ne à Græcis omnia
orta esse dicamus, ea præsertim quæ non es-
se possimus defendere. Trium, inquam, lin-
guarum nomina quibus illa pars tempo-
ris significatur, protuli, aliorūmque senten-
tiam, alij quod optimum sit videtint. Hoc,
inquit, ipso maiorem ab omnibus gratiam
inibis. Sed reliqua tibi cōmemoranda sunt
quæ ad n pertinet. Multa, inquam, iam ex-
empla protuli, ex quibus n in c cūm in lin-
guam nostram transfertur, siue in prima
syllaba sīr, siue in mediis, & extrema, mu-
tari intelligi licet, multoque plura proferre
possum, sed res clara est. Itaque ad illa ve-
nio quæ obscuriora sunt. Mutatur interdū
id quod supra docui, in g mediā, quod quò
planius

planius faciam, eiusmodi exēplum primò proferam, ut res negari non possit. Rebus enim claris & perspicuis, obscuræ dubiæq; aperiuntur. *κυβερνᾶτε* Græcè, Latinè gubernare dicitur. Itaque siue à Græco, siue à Latino verbo nostrum *gouverner* ortum esse dixero, facile intelligi potest, id quod dixi, *κινγματάται* interdū solere. Hoc etiā docere potest id quod paulò antè protuli, *καλπᾶτε*, quod *galoper* dicimus: hinc *galop*, vel *galo*, in eisdem dicimus, cùm vel incitati, vel fericentes sua sponte currunt. Tum enim, vt scis, *il va son grand galop* dicimus. *κερδαίνετε* lucrifacere, *gaigner*, harum litera *ερδ*, detractione dicimus: hinc lucrum, *gain* appellatur à nobis. Idémque verbum ad remunerandum etiam accommodauimus, quamquam apud Græcos nō ita accipitur. Nam *κερδαίνετε*, *guerdonner*, & *κέρδος*, *guerdon*, id est, præmiū à nobis dicitur. Vna, inquit, hic fidelia duos nobis parietes dealbasti. Vtinam sic pergas semper. Dabo, inquā, operam, vt quò longius progredimur, cò tibi id quod pollicitus sum, faciliùs persuadeā. Si *y* antecedente *κ* sequatur, vt apud Græcos, sic apud nos *κινγματάται*, *ἄγκισθος*, hamus: nos ad omnia instrumenta quibus

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

pisces capiuntur transferentes, *angin* leniter pronunciamus ac dicimus. Ego vnde verbum illud *gars* & *garson* quo puerum significamus, ortum esset, diu multumque dubitau: sed tandem aliquando mihi à verbo Græco $\kappa\pi\gamma\theta\omega$ visum est habere originē. Si enim *u* g sonet, & *s* in *a*, *o* detracto, mutetur, *gars* remanebit, hinc *garson* diminutiu:m natum est. Atque hoc ita esse hinc intelligi potest, quod Picardi *ouars* & *ouarson* pronunciant, quasi per *u* *garson* scribatur. Sic enim verba ferè quorum *g* prima litera est, pronunciare solent, ut vastare, nos *guaster*, illi *ouaster* dicunt. $\epsilon\gamma\mu\alpha\tau\eta$, custodia, dempto *e*, & *r* inter *a* & *t* interiecto *garde* à nobis dicitur. Sæpe enim *r* in mediâ *st* mutatur, quæadmodū cùm de illa litera dicendum erit, docebimus. $\phi\acute{e}ne\lambda\theta\omega$ fasciculus, *fagot* dicimus. $\kappa\pi\pi\lambda\acute{\alpha}\xi\epsilon\varphi$ imminere, instare ac perspicere & obseruare, à nobis paucis mutatis, *gueter* dicitur, hinc vigiles *guet*, & vigilare & excubare, *faire le guet* dicimus. Atque hæc quidem naturalis est huius literæ mutatio. Eandem autem mutari in alias reperio, quod cur fiat, explicare non possum. In d' enim perspicuè mutatur, ut cùm $\mu\alpha\lambda\alpha\eta\alpha$.i. infirma valetudo & morbus

bus *maladie*, & μαλακὸς*i.* qui morbo labo-
rat, *malade* à nobis dicitur. Quæ quidē ver-
ba originis indagatione me diu multūmq;
torserūt. Me quoq;, inquit, solicitū habue-
rūt, cùm ea litera prope nulla cum Latinis
cōsentire animaduerterem, nec originē in-
uenire possem. Nōnunquam vel demitur,
vel leniter pronunciatur vt s, initio verbi a
sequente & s antecedente, vt σκαλλένει^ρ, sar-
rire, nos *sarcler*, fortassis & post & reiecto di-
cimus. Quod, vt ita sit, tamē eadem litera
etiam principio dictionis vt s pronuncia-
tur, vt καμέρη, tempus ad aliquid faciēdum
idoneum *caison* nō *saison* pronunciamus ac
dicimus, r in s vt fit mutatione. In p inter-
dum mutatur, vt κόμωσις, ostentare se, *pōm-*
per, & νόμπορ^ρ *pōpe* dicimus, nisi fortè à pōpa
pōmpe, & hinc *pōmper* ortum est. Cùm est se-
cunda litera apud Græcos in vocabulo, in-
terdum verbum transferentes primam fa-
cimus, vt ὄκχη, fulcimentum, quies, *coche*
à nobis dicitur. A sequitur, quæ litera sem-
per in transferendis in linguam nostram
vocabulis vim suam retinet, nisi ad r cui fi-
nitimum sonum reddit, trāseat. Vtriusque
exempla clara proferā : prioris, vt *séλη*^ρ,
estaller, id est, disponere, vt solent merces

mercatores, & propolæ, & carnes lanij: hinc *séλμα*, locum in quo venales res disponunt, *εστελ*, &c, vt vulgus loquitur, *εσταν* dicimus. Nec verò e quod principio additur, te conturbare arbitror. Minime verò, inquit. Est enim consuetudinis nostræ, cùm verbū ab s & muta incipit, e verbi principio etiā in Latinis ferè adiungere: vt *spina*, *εσpine*, *strigilis*, *εσtrigle*. Est, vt dicis, inquam, sed eā consuetudinem quidam populi ita mordicus seruant, vt in Latinis etiam dictionibus ab ea non possint discedere. Exempla etiam alia proferam. *ἐλθύθειη*, *ire*, nos e in à mutato, *aler*, siue duplice *aller*, vt vulgo scribunt, dicimus. *λευκή*, candida, siue alba dicitur, hinc *liene*, duo millia passuum,, quam vulgus penè ad verbum *lene* appellat, dicimus ex eo, vt mea fert opinio, quòd locorum interualla quondam petris & lapidis bus qui candidi albique essent, designarentur. Hinc etiam in iure vestro *banlieue* appellatur, quòd *παρταχοῖ*, id est, in omnes partes pertinere intelligatur: de quo genere loquendi suprà dictum est. Sæpe, inquit, mecum reputavi, ac quæsiui, vnde verbum hoc ortum esset, neque mihi originis ratio constitit. Quæ autem à te inducitur,

citur, eam nescio, an aliis sis probaturus: mihi quidem certè valde probatur. Alii, inquam, nisi probent, aliam inuenient, quam si meliorem videro, non pugnaciter defendam meam. Sed aliis etiam exemplis utamur. Verbum quod modò protuli, non patitur me à se discedere, nisi illud quo lingua nostra albū colorem appellamus, unde ortum sit, exposuero. Quódnam, inquit, illud est? *Blanc*, inquam, hominem album, ut scis, vocamus: ex eo Græco verbo, quod à me modò prolatum est. Λευκός enim si β præpositum habeat, ferè nostrum *blanc*, aut *blenc* potius referet, & in femino genere, Λευκή, *blanche*, & Λέυκωσις, *blancheur*, id est, candor. Hinc enim orta esse potius, quām ex albo, & albore arbitror. Idem, inquit, mihi quoque videtur. Quid tu, inquam, de eo quod sequitur, sentis? ηλάξεως, frangi dicitur Græcè, tibine videtur ex eo ortum id quod de ligno cùm frangitur, *eclasther* dicimus? Mihi, inquit, videtur, præsertim cùm si γε syllaba dematur, & e nostro more præponamus, totum penè nostrum hoc remaneat. Rectè, inquam, putas. Si ita est, ηλάσμα etiam, id est, fragmentum,

IOACH. PERION. DE LINGVÆ.

erit id quod in ligno *eclat*, id est, ligni frag-
mentum vocamus. Nō est, inquit, dubium.
Quoniam, inquam, satis multa exempla,
quibus ἡ vīm suam retinere docerē, protu-
li. restat ut eandem literam interdum in τὰ
nobis transferti doceam. λάπη vestis, Græ-
cè, à nobis robe dicitur: hinc λαποδυτεῖψ &
λαπίζεψ, rober & derober vocamus, & in iure
vestro, robisses, id est, furta, id quod Græci
λαποδυσιας appellant, nominantur. & λα=
ποδύθη robeur & derobeur, id est, fur, vel gra-
fator, atque etiam hoc voleur, & illud volen-
tie inde appellata sunt. Si enim ἡ in illis vim
suam retineat, & π in b mutetur, voler, vo-
leur, & volerie propè remanebunt: quanquā
hæc à cursu quo isti volatum avium penè
æquant, dicta videri possunt. Vt cunque res
habeat, certè superiora rectè habet. Quod
enim λαποδυτεῖψ Græci à vestium expolia-
tione appellant, id nos rober & derober pri-
mùm intelligimus, deinde ad cætera trans-
ferimus. Illud certè negari non potest, id
quod λάπη vocant, nos robe dicere. Nulla,
inquit, oratione cōsequi possum, quām me
horum origo aliquando torserit. Nunc se-
quitur, vt de μ dicas. Est vt dicis, inquam.
Litera hęc ferē vīm eādem apud nos, quām
apud

apud Græcos retinet, ut exēpli causa, συμοῖς, tristis, à nobis, qui est en emoi dicitur. μαστιγοῦμ
castigare, nos master dicimus. μεμάθαι, pa-
ratum & propensum esse, nos estre en emoi di-
cimus, cùm paratos nos ad aliquid agen-
dū significamus, vt ge suis en es moi de lui escri-
re, id est, cogito, vel volo ei scribere. Hæc
quidem vis est huius literæ propria. In a-
lias autem interdum mutatur, sed in n sæ-
pius : vt κερόμυνος, cepam, nos ne demptis,
oignon vulgo scribimus, sed onnyon malim,
vt origo appareat. τέμωτεψ, mittere, nos
enuoier, π dempto dicimus. Interdum de-
mitur, tam cùm in extrema est, quàm cùm
in prima & media syllaba. μαλακὸς, lache,
id est, mollis. ἐρεμβεψ, errare, & nutare a-
nimo, nos, vt suprà dictum est, réuer dicim-
us, & ἐρεμβασμόψ, mentis occupationem,
vel errorem réuerie. τεύπημα, foramen, po-
stremis duabus detractis, & o inter r & y
locato, trou multis locis Galliæ nostræ vo-
cant. Evidem, inquit, nisi vererer, ne cur-
sum orationis tuæ retardarem, téque in-
terpellarem, me mirari tantam verborum
copiam, tótque vocabulorū originē, quam
patefacias, dicerem. De v, inquā, litera se-
quitur, vt differam. Ea vim suam in trans-

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

latis verbis retinet, nisi vel in μ mutetur propter eas literas, quæ illam recipiūt, quo in genere sunt, ut scis, b m & p, vel omnino abiiciatur. νωχελίξῃ non curare, ac negligere, aut morari, & tardare, non chaillœr dicimus: hinc νωχελής, id est ignauus & piger, non chaillent à nobis vocatur. πινθα, pintha, quod Budæus notauit, pînthe à nobis dicitur. χιτῶν, tunica, quod verbū Baïfius obseruavit, hocheton, articulo ad nomen addito, id est interior vestis appellatur à nobis. χιτωνίσκορ, &c χιτωνεύ, rusticorum tuniculam, chesquenie, vel ceschenie vocamus. ρῶνος, funis, à nobis choéne dicitur. In μ mutatur, ἐμπρῶτορ, id est vnum primum, nos in numerando empreu dicimus. Budæus hoc notauit. abiicitur, vt ταὐτεῖνος, humiliis: hinc breuem hominem trape, & trapu vocamus. Σ sequitur, quæ litera interdum vim duarū c & s, quas contineri ab ea scimus, obtinet, interdum alterutrius. Prioris exemplum est τάτληψ, in futuro τάξηψ, quo vos verbo in lite æstimāda cùm sumptus & dāna quāta sint, prescribitis & notatis, vt imini. taxer enim hoc. i. constituere, prescribere & prefinire appellatis. Hinc τάξις, id est, eiusmodi sumptuum prescriptio, à yobis taxe dicitur.

citur. Posterioris, ut τάξις, id est, ordo, vel potius dispositio rerum, veluti tritici, τας νοεται, & εἰτάξης in futuro infiniti modi, vel εἰτάσης in presenti, id est, disponere manipulos in granario, εντασσεν dicimus. ξαύφτη, id est, secare & execare, ac diuidere, in suibus aliisque animalibus σενεῖ, vel cener dicimus. ξύφη, polire, radere, in lignis & lapidibus cum serra secantur, σύγερ vocatur. πλάξ, πλάκης, crusta, tabula, placart. εὐξείς γότς, rupes, rock, & rochier. Ρ sequitur. Ea litera in p primū vertitur, qui eius sonus est proprius, deinde in ph, siue f, tum in b, postremo in u consonans. Horum omnium exempla proferenda sunt. πέπλης, pinsere, petrir dicimus. πιλεῖς, comprimere, piler: hinc locum Lutetiae Parisiorum in foro, in quo condemnati homines enecantur, Pilori dicitur. προώνημα, mansuetacere, in feris, apryuager, & certis in locis aprisoifer dicitur: hinc προώνος, prine. παις, puer: hinc eos pueros, quos circum se habent principes, in duas syllabas hoc diviso vocabulo, paies, per i, non per g scribentes vocamus. πορίζης, & πορσαύφης, suppeditare, præbere, nos fornir dicimus. & πορισμός, fornissement, id est, suppeditationem, & πορισής, fornisseur,

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

id est, præbitorem & suppeditatorem, *καμπή*, flexura post genu : hinc partem illam quā tibiam vocant Latini, nos *gambe*, & suillum crus, *gambon*, quod diminutiuum grammatici vocant, ḡ leniter ut i pronunciantes vocamus, quanquam eandem literam asperius Picardi pronūciant, ex quorum etiam pronunciatione facile intelligi potest, per g, non per i, vt vulgo fit, hæc scribenda esse vocabula. *πλίξειν*, diuidere, *brizer*. *κόπτειν*, pulsare, in signis, id est, campanis templorum hoc *cobter*, siue *cobeter*, cùm non utramque partem signorū plectrum ferit, quod aliis locis *tinter*, à tinnitu & sono dicitur in nostra Turonia, vt *scis*, appellamus. *πύρεος* pus *boue*, id est cœnū à nobis dicitur. *πυρπόλης*, id est, color igneus, *bur*, hinc *bureau* appellatur à nobis. *πέμψειν*, mittere, p detracto *enuoyer* dicitur. Demitur interdum, cùm *πλίνθινος* coniuncta sunt, vt *κυπλάξειν*, obseruare, instare, *gueter*, & *κύπτειν*, curuare, & inflexttere, atque interdū deprimere, *quinter* dicimus: interdū manet, & t demitur, vt *χειμπλειν*, id est, cōplete & niti manibus, *grimper*, certis locis dicitur. Abiicitur interdū cùm est in extrema syllaba, vt *τρευπᾶν*. i. exterebrare, *trouer* appellat certis locis Galliæ. *πάρη* enim *dempta*

dempta syllaba, quæ est terminationis, & ex syllaba pro ea adhibita, si inter r & u o intermixtiatur, trouer existet. p autē ferè vim suam obtinet, vt ἐλεύθερος, delere, cùm scripturam delemus, rāiser, & in futuro ἐλεύθερος de vrbibus vel ædib⁹, raser dicimus. ἐμβόσιος, obliquus, inuers⁹, à nobis rebours dicitur. ἐπίτευχμος, suere: hinc nos raptasser, id est, reficere & resarcire dicimus. ἐγγένετος, ronfler, id est, sternere appellatur. ἐμβεβητος, irritum aliquid facere: hinc vos cùm reditus qui opignerati vel venditi erant, dissoluta pecunia redhibentur, reimber dicitis. ἐντος, id est, ruga, ryde: hinc vela lectorum à plicis & rugis rydeaus vocamus. ἐνθεδονια, id est, rugosum esse, estre ryde dicimus. In l nonnunquam & in s, quæ similem sonum habet, vertitur: vt χρεόντος, χρεόξιος, id est, vitis adminiculum & pedamentū, certis in locis echala vocatur. θυσια, cædes, Gall. thuerie, à θύειν thuer. Interdum geminatur, cùm simplex sit in Græco, vt σεργεῖν, id est, firmare & constringere, ferrere dicimus. Nam alterum ferrere, quod condere aliquid custodiendum significat, à Latino, quod est seruare ortum est. Interdum vt duplex est apud Græcos, sic apud nos geminatur, vt γέργεων, id est, arma, guerre, id

IOACH. PERION; DE LINGVÆ

est, bellum vocamus. Itaque guerra, quo
vulgaris vicitur, planè Græcum est. Σ sequi-
tur, quæ litera vim suam retinet ferè, sed in-
ꝝ etiam interdum mutatur, & cùm in Græ-
co nō est, à nobis interdum pronunciatur,
quemadmodum à Latinis cùm vocalis *v*
& aspero & leni spiritu notatur. σεαλύωθε,
miles, stradiot. In iis ferè quæ à στ & ω &
ση & σμ incipiunt trāsferendis e principio
additur, nec tum s̄ pronunciari solet. σέλλη
enim id est, merces in loco certo vendendi
causa disponere, esteller, vel estaller, ita, vt
scis, pronunciamus, vt si etaller tantum scri-
ptum esset. Sic σύφη, obstruere, estouper di-
cimus. σκιονερός, bestiola mustellæ similis,
escuriou. σμοῖς, tristis, qui est en esmoi. σ in r mu-
tatur, vt ἔλευσις, incessus, aleûre. Additur
principio vocabuli quod à vocali quæ leni
spiritu notatur, incipit, vt αὐλήν, id est, am-
plum in ædibus cubiculum in quo cibus ca-
pitur, nos sale vocamus. Sæpius adiungi-
tur iis quæ à vocalibus aspero spiritu nota-
tis incipiunt, quemadmodum etiam Latini
solent, veluti ὑπέρ, super, sus, ἐπόδ, sub,
soub, ἔλαξ, sella, sella à nobis dicitur. Gemi-
nata hæc litera interdum in simplicem mu-
tari solet, vt ἀβίσθιον, rem consyderare at-
tentius,

tentiūs, nos *anisfer* appellamus. Fic etiam interdum ut simplicem eandem literam mutemus in duplice: ut περάσῃ, transire, à futuro περάσει, id est, transitum esse, & ἐρ detractis, *passer* dicimus: quanquam fieri potest, ut ab Hebraïco nomine phase, id est, transitu, aspiratione dempta trāsitus, *pas*, & hinc *passer*, & *passage* appellauerimus. Eadem autem litera eam vim in pronunciatione in lingua nostra adhuc, ut scis, obtinuit, ut si extrema sit verbī, & proximū verbum à vocali non incipiat, maximum vitium sit eā audiri, nisi forte vox spiritūisque reprimatur. Contráque non Icuius est peccatum, eam non audiri, si insequēs verbum à vocali sine aspiratione incipiat. Nā si spiritu notata sit vocalis sequentis vocabuli, interdum eam audiri vitiosum est, ut si duos aleces, *deus harens* pronuncies: interdum eam non audiri vitiosum est, ut si duos homines, *deus homes* efferas. Hæc, inquit, vitia intelligo, sed cur idem in eadem causa non idem efficiat & valeat, non intelligo. Hæc, inquam, non tua causa nota, sed exterorum, in quibus sæpe Lutetiaz. Parisiorum cùm essem, siue me, siue alios conuenirent, hæc vitia animaduerti,

cumque eos corrigerem, nostræ linguæ difficultimam pronunciationem proferebant: propter hæc vitia & alia quæ in hac litera hæcere, iam docui. Quod autem te intelligere negas, cur in nonnullis verbis quæ à vocali aspirata incipiunt, si proximè superioris s littera extrema sit, recta sit illius ipsius s pronunciatio, in aliis sit vitiosa: eius causa quæ sit, diuturna obseruatione meditationeque notaui. Vitiosam esse comperi in iis quæ ita spiritum principio habent, ut pronunciari eum oporteat, non vitiosam contrà in quibus scribitur ille quidem, sed non pronunciatur. Quæ autem vocabula vtriusque generis sint, nisi diuturna meditatione & exercitatione sciri non potest. Nunc, inquit, demum intelligo, atque ita esse iam in nonnullis, dum verba facis, notaui: idque semper in sermone seruaui, sed preceptum esse, quod minimè id notasse, adhuc ignorauerā. Sed vereor, ne institutū sermonē interrupam. Sequitur, inquam, ut de τ dicendum esse videatur. Ea litera primùm ac maximè in t Latinā mutari solet, deinde in d mediā. Prioris innumerabilia exēpla sunt, sed paucis cōtentī erimus, iīsq; clarissimis. τέμνεῑ secare, in aoristo secūdo

ταμεῖ̄

ταχεῖρ, &c τάχειρ, ab εἰτάχειρ vero vel ficto verbo quod iunctū Cicero, alij cōpositū vocant: verbū penè è verbo *entamer*, vt pomū; vel sermonē, id est, in illo diuidere, in hoc ordiri dicimus. τάχαος, qui molestia affectus est, *tane*, & ταχύεν, molestiam & satietatem afferre, *taner* à nobis nūcupatur. τάλας, vel τάλας, miser, Gal. *taillé*, vt cum dicimus semper in malā partē, *il est taillé d'hauoir du mal*: ιμάζω, toga, pallium, id est, vestis exterior, quam nos ad illud genus vestis, quo hac memoria ferè omnes vntūtur, & *manteau* vocatur, accōmodauimus. Est enim vt χίτωρ interior, sic ιμάζω exterior vestis. τέραγος neutrum, lutum significat, quod in Turonia prima tantum syllaba retenta té nominamus. ἀπίτειρ, applicare, & fulcire, in rebus quæ ruinam minantur, vel vetustate, vel quòd reficiantur, *ettaier* vocatur. Hinc *ettaie* vel *etteie* id quo res fulciuntur. Quanquam σφέσθη quod firmare & fulcire significat idem efficere, id est *estéier*, & σφέωμα, id est, firmamentum, *estéie* dici potest. σέφειρ, ornare, coronare, g. *tipher*, vel *tifer* dicimus. τυρθέεψ, id est conari, moliri & agere, à nobis *tyrer* in itinere & insidiis vocatur. Atq; in his quidem τ in t Latinum mutatur. In

JOACH. PERION. DE LINGVÆ

d autem mutatur, ut ξάγημα dragē. ἔρωτη,
custodia, garde. Μαλίζεψ, inquire, demander
dicimus de syllabæ adiunctione. hinc μέτος,
interrogatio, demande dicitur. Φορέων, onus,
fardeau. Μαρδίνα, penult genus, manteau voca-
mus, quod Baifius notauit. Cùm est gemi-
natū, præsertim in verbis, in duplex s' inter-
dū Græcorū more mutatur. Φείτην, horre-
re, tremere in febre, frisser et hauoer les frissons
dicimus. In c etiam, & b, sed quamobrē hoc
posterior fiat, nescio. Proferam exemplum
quod me vchementer anxit. τάλαντον, tru-
tinam Græci appellant, nos ea quam dixi
mutatione literarum, balance appellamus;
& ταλαντόν, id est, trutina res examinare
quanti sint ponderis, balancer, & peser à la
balance. Quām hoc tu, inquit, subtiliter & sa-
gaciter indagasti? Tibine hæc, inquā, pro-
bātur? Quidni, inquit? nō enim solum mihi
probantur, sed valde etiam probantur. Di-
cam etiam, inquam, aliam horum verborū
originem. In trutina duæ sunt, vt scis, lan-
ces, in quibus pondera collocantur. Itaque
fieri potest, vt nostrum nomē balances à du-
plici lance, vt si Latinū verbū esset bilanx,
quemadmodum bipennis, appellatum sit.
Hoc, inquit, vt ais, fieri potest, sed illud su-
perius

perius magis placet. Sed ad alia veniamus.
 ¶ sequitur. Ea litera in ph, & f primū mutari solet. Vis enim hæc cī naturalis est: deinde in p, quæ illius est tenuis. Φολκός, ridiculus, posteriore syllaba dépta à nobis *fol* appellatur. φύειν, serere atque plantare, nos a ad primā literā addito *afyer* dicimus. Φαῖος, laterna, à nobis ad illud genus laternæ, quod bacillo fultū & erexitū lucet, translatum est. *falot* enim à nobis nuncupatur. Ӄ Ӄ à facula ortum videri potest. Vtrūque, inquit, probabile est. Faculę autē verbum me cius verbi cōmonefacit, quod facē lingua nostra declarat. Vnde. n. appellatū sit, ignoro. Nomē, inquā, de quo quæris à torquendo, *torche* vocatū est, φίλα, vt scis, torqueāt. Nę tu, inquit, rē quasi acu attigisti. Sed pge porrò. neq;. n. aliud volo quærere in p̄fentia, ne cursum oñonis tuæ retardem, aut te cogam à proposito aberrare. Æquū facis, inquam. nam alio loco tibi cōmodius quæ voles quærere, licebit. τυφόεθαι, sc̄ ostendare, & iactare, *typher* dicimus. In p̄ mutatur, vt súφειν, obturare, *estouper* appellatur. In b̄ interdum vertitur, vt κυφός, id est, gibbosum, *bosſu* vocamus, quanq; à Latino ipso deimpta prima syllaba ortū videri potest.

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

x etiam & vim suā retinet, id est in ch mutatur, & in c & in g medium mutam. χαρέσθαι & χαρέψει, valere ac saluum esse, nos faire bonne chere dicimus. hinc ad eos qui alias laute excipiunt, cherer, & faire bonne chere, id est, χαρίζεσθαι, à gratificando transferimus. ἔχινος, spina dorsi, echine ad verbum dicitur. ὁχεῖν, sensim mouere, ocher. χαρέμη, eschar mouche, id est leue prælum, & quasi præludium. χειμάρτεψη, nisi extremis manibus, grim per, alij griper, vi aliquē aut aliquid arripere dicunt. Restat ∫, quæ litera in ps verti solet, sed p ferè non pronunciatur, vt ∫αλπί-
γιον, psalterium pro instrumento, & psautier pro libro psalmorum. νόψειν futurum infinitui à οὐτῶι. hinc cōpositum πεσούψειν, à πεσούστω, id est, offendō, copser, sed cosser scribitur, dicimus: & ad capitis offenditionē referimus, cùm quispiam capite casu vel iactatione aliquid attingit. Interdū in b mutatur, vt φελλὸς balbus, beille à nobis appellatur: & beiller, φελλίζειν. Λαφαρόθ, qui est mali coloris, eum blasphar, vel blasfar nominamus, & ferè ad aurum cùm colorem veruin amisit, accōmodamus. Quoniam quæ literæ Græcorum in quas Latinorum quibus vtimur, transferendis in linguam Gallicam

licam Græcis vocabulis mutentur, docui, in cōque vſus ſum exemplis quæ rem illuſtrare poſſunt: nunc ſequitur, vt quoṭ mo‐dis id fiat, oſtendam. Hoc, inquit, poſtre‐mum fuit in diuidendo. Sex, inquam, mo‐dis id fieri inuenio, atque iifdē, quibus La‐tini Grāmatici vocabula à poētis mu‐tuari docent, prothesi, epenthesi, proparalepsi, aphētesi, syncope & apocope. Hęc, inquit, tibi definiēda ſunt omnia, primū, deinde illuſtranda exemplis clarissimis. Hoc, in‐quam, facere iuſtitui, quòd Græca ſint vo‐cabula. Prothesi quidem eſt additio literæ vel ſyllabæ ad principium vocabuli: literæ vt apud poētas gnatus, pro natus: ſyllabæ, vt tetuli, pro tuli. Si in iis exemplis quæ ex lingua noſtra proferā, aliqua alia fiat mu‐taſio, non eſt quòd illud te conturbet. Li‐tera igitur additur ad principium diſtio‐nis, *sέλλειρ*, *eſteller*, pro merces venden‐di cauſa diſponere, vt in Latinis diſtioni‐bus, ſpina *eſpine*. *κλάχεθαι*, frangi, *eclater*. *πάνθ* eos, pannus, à nobis ad lanam con‐textam, quam drap, d̄ litera præpoſita vo‐camus, trāſfertur. Syllaſa autem, vt *χλήψ*, id eſt, diuidere, nos ad uestes cùm laceran‐tur, aliāque eiusdem generi transferentes,

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

descirer dicitur, *deschirer* Picardi. *ἄνθις*, *pis-*
ger Latinè, Gallicè par syllabæ adiunctio-
ne *paraceus*, vel *paresseus*, vt vulgo scribi so-
let, dicitur. Epenthesis est, literæ aut syllabæ
inter primam literā & extremam adiun-
ctio: literæ vt cùm versus causa poëtæ dupli-
ci religio, vel duplicit littus scribunt: syl-
labæ vt cùm iidem Mauortis dicunt, pro
Martis. Praeclarè, inquit, facis, patruæ. Sic
enim omnes faciliùs ex his tritis exemplis
nostra quæ hîc tradis, intelligent. Quò fa-
ciliùs etiam, inquam, intelligi possit quod
dico, Latina verba cum Gallicis cōferam.
Facere, *faire*, amare, *aimer*. his i additur: quā-
quam syllaba ce à priore, & a litera à poste-
riore auferatur per syncopen. Pauca enim
à Latinis orta sunt, in quibus nō plures mu-
tationes reperiātur. vt recidere in peccatū
vel errorem, *recidiver*. *βλεψθις*, *sordidus*, *vi-*
lein, duplex i additur. *παλλακή*, scortum,
paillarde, i & r adduntur. *κυδίσην*, putare, *cui-*
der, i litera quæ syllabam facit, adiungitur.
ράτλην, suere, *raptaffer*, id est, resarcire dici-
mus. Proparalepsis autem est cùm ad ex-
tremum verbum aliquid additur, vt ad-
mittier, pro admitti, accingier, pro accin-
gi.

gi. r enim accedit. Pictor, *pincere*, consolatio, *consolation*, Cicero, *Ciceron*. In nominibus enim Latinis quæ in o desinūt, transferendis, Gr̄ecos imitamur, vt πλάτων, Platon, κράτων, Craton, vt Gr̄eci, non Crato, & Plato, vt Latini dicunt. περέπεπον, πον syllaba dempta per proparalepsin *propre*, id est, quod decet, & conuenit, vt cùm de veste loquimur. βλέψοντες, sordes, *vilenie*. Paragōge hæc eadem vocatur, quanquam eam aliquid differre à superiore nonnulli volunt. Aphæresis est literæ vel syllabæ à principio verbi detractione. Ita prothesi contraria est. literæ, vt si ruit pro eruit dicatur, syllabæ, vt pone-re pro deponere, aut si temnere à poëtis pro contemnere ponatur. In Græcis transferendis in linguam nostram eodem modo litera interdum demitur, vt σοβεῖν, id est, moueri, *ober* dicimus, σ detractione. Sic σθενύδη, extinguere, nos *bennyr*, id est, mittere in exilium. Syllaba etiā aufertur, vt μαλαγηόν. i. mollem hominem, *lâche* vocamus, ma ablata syllaba. Sic ἀλεωρά, id est, calliditas, *leurrerie*: literæ a quæ syllabam facit, *detractiōe* dicitur. Syncope est cū litera

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

vel syllaba ex medio dictio his aufertur, vt
Deūm in patro casu pro deorū extinxti,
pro extinxisti. Nostra autem verba quæ à
Latinis orta sunt, magna ex parte per syn-
copem habuerūt originem, vt dicere, *dire*,
legere, *lire*, *scribere*, *escrire*, *precari*, *prier*. In
Græcis etiam vocabulis hoc contingit, vt
κορωνός, id est elatus, *cornaro* detracto à no-
bis nūcupatur. Sic *εμβάλλειν*, id est, inserere
& interiicere, nos ad furtum referentes *em-
bler* dicimus, quòd res surreptæ inter alias
interiici, vel cum aliis cōmiseri ne agno-
scatur soleant. Syllaba detrahitur, vt *καλο-
πόδιον*, id est calceus ligneus: à Turonibus
nostris aliisque finitimis *sabod*, vel *cabod* di-
citur, ab aliis *galloche*, quod magis à Latino
ortum est. Gallicæ enim, vt ait Gellius, vo-
cantur huiusmodi lignea calciamenta, q
Galli vtantur. Sic *πορσούίειν*, id est, suppedit-
tare, *fornir*, σαι syllabæ detractione dicitur.
Apocope est cùm litera vel syllaba aufer-
tur à fine dictionis, vt mage pro magis. Sic
in Gallicis verbis quæ à Latinis orta sunt,
vt *gustus*, *goûst*, *pulsus*, *pouls*. In Gallicis au-
tem quæ à Græcis originem habent, maxi-
ma ex parte hæc mutatio & detractio re-
peritur, vt *μέσος* mustum, *moust*, *μαστιγῖ* ca-
stigare,

stigare, *master*. *Bgoarðs*, fimbria, *bour*, aliisque innumerabilia. Sunt enim aliæ Græcorum vocabulorum, aliæ Gallicorum productiones, quas terminationes vocant. Hæc habui, Petre, quæ de mutationibus iis dicere, quæ verbis Græcis in linguam Gallicam transferendis incidere ferè possunt: quibus cognitis & consyderatis facile Gallus, qui Græcè sciet, vocabulorum vel obscurissimorum originem inuenire poterit. Hoc loco, Petrus, Mihi, inquit, eò tantum hæc enumeratio grata est, & vtilis, quod multorum verborum originem nunc demū scio: aliis autem hominibus nostris qui Græcè scient, illud præterea adiumentum, quod dixisti, afferet. Quod equidē acerbius fero, id quod superioris sermonis nostri initio dixi, me à Græcis literis esse abductum, siue mea, siue patris, siue utriusque culpa. Hæ querelæ tuæ, inquam, nullū iam dolori tuo leuamentum afferre possunt, nisi fortè tanto desyderio Græcarum literatum flagras, quanto Cato, qui senex eas didicit. Me vero, inquit, tanta illarum tenet cupiditas, ut non ad senectutem hunc discendi ardorem illius exemplo differre constituerim, sed primo quoque die omne diligentiam ope-

K

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

rámque in eis libentissime positurus sim, si modò idoneū na>tus sim, magistrū. Quid, inquā, iure tuo ciuili fiet? a>túmne de eo erit? Succisiuas, inquit, horas ei aliquot ius tribuam, ne me pessimè de se mereri queratur. Non censeo, inquam. Verendum enim esset, ne vñquam cùm illo in gratiam redire nō posses. Mea, inquit, parvi refert, dum modo tantis copiis opibúsque abundem, vt tueri me meósq; sine hoc quæstu possim. Huius sententiæ, inquam, tuæ multos defensores habes. Sed tempus est, quæ admodum vides, vt hunc sermonem concludamus. Tu si quid præterea habes, cras tibi vt voles, percunctari licebit. Méne, inquit, rogas? Perimulta etiā sunt, quæ sciscitari velim, nec à te discedere antè cōstitui, quæ mihi cumulate satisfactum videro.

ΙΟΑCHΙΜΙ

PERIOMII BENEDI-

Etini Cormœriaceni dialogorum de

lingua Gallica cum Græca

cognitione liber

tertius.

Postero die ut primum illuxit,
Petrus ad me veniens, Si tibi,
inquit, molestus interuenio in-
terpellator, patrue, q̄ te præter
tempus expergeficiā, ignoscet studio meo
quod iam bidui disputatione tam magnū
reddidisti, vt me adhuc non suerit quie-
scere. Non video, inquam, cur tam mane
de rebus quæ heri vesperi in hodiernum
diem & sermonem reiectæ sunt, disputare
debeamus. Paucarum enim horarum ser-
mone tota res confecta erit. Sed quoniam
experrectus sum, & tanto studio quanto di-
cis, traheris reliquę disputationis, paratum
me esse profiteor. Paucarūmne, inquit, ho-
rarum hodiernum sermonē esse existimas?
Te fallit, patrue, opinio. Tot enim tibi quę
stiones positurus sum, vt vix hunc totum
diem satis longum iis ponendis esse arbi-

K ij

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

trer, nedum eas explicare possis. Si mihi, inquam, aut voluntas deesset tibi cumulatè satisfaciēdi, aut facultas, aut etiam ocium, me à cōgressione deterrere ista tua oratione posses. Nūc cùm & prodesse tibi cupiā, & satisfacere possum, & ociosus sim: vt mihi innumerabiles quæstiones positus sis, tamen eadem in sentētia permanebo, nec à suscepto proposito que consilio me abduci, vel triginta dierum sermone patiar. Habeo, inquit, tibi gratiam. Sed dabo operam ne ista tua tam prolixa in me liberalitate abutar. Itaque quò res maturiùs conficiatur, ea ex te potissimum quæram, quæ mihi plurimum negotij solēt faceſſere. Ac pri mūm mihi velim explices, vnde ortum sit nomen illud quo in Pytonibus, aliisque multis Galliæ locis certam iuris dicēdi potestatem siue fenatum, lingua nostra *Seneschauce*, & princeps senatus *Seneschal* appellatur. Mihi, inquam, verba illa ex Latino & Græco, vt pleraque alia, iuncta & composita videntur. Nam ex senum verbo & ἀρχας, prius, posterius ex ἀρχοτος iunctum est, vt Latinè Seneschchia, vel Senarchia. i. potestas, cui senes præſunt. & Senarch⁹, vel Senescharchus. i. is qui illi senatus potestati
præ-

est, dicatur: nisi forte totum Græcum est,
& per c non per s scribi debet, vt cœnar-
chia & cœnarchus à verbo Græco κοινόν,
quod commune Latinè à Cicerone, & à
nobis e comppresso ore prolatō dicitur. Ver-
ba, inquit, ipsa nostra, quæ his finitima
sunt & penè similia, vtranque quam pro-
fers, confirmat declaratque originem. Est
vt dicis, inquam, nec aliud nisi r literæ in l
mutationem illam priorem originem ob-
scurauit, vt pro Latino Senarchus, Sene-
schalcus, quia Gallicè *Seneschal*, vt scis, di-
citur, vocatus sit. Similisque error in non-
nullis aliis eiusdem generis cōualuit, quo-
rum tu fortasse quæ sit origo, ex me quæsi-
turus es. Quænam, inquit, illa sunt? an ea
quibus præfectos belli *Mareschauls*, & ma-
ris præfectum *Amyral* vocamus? Ea, in-
quam, ipsa. In his enim non intelligentes
originem Galli nostri, tum cùm barbaries
Latinam linguam fœdauerat, pro r l etiam
in Latinis barbaris quæ finxissent, addide-
runt. Mareschallois enim quidam, alij Ma-
reschálcos illos, & Admyraldum hunc no-
minauerunt. Tu vero, inquit, quam eorū
originem esse censes? Græca est, inquam, to-
ta. Ii enim quos Mareschalcos nōnulli vo-

K iij

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

cant, quos quatuor in Gallia bello præpositos esse scis, Polemarchos, id est, belli præfectos per aphæresin, id est, harum duarum syllabarū pole detractione *Marchaus*, vel, ut alij scribunt, *Marechauſ* vocamus. Est autem πόλεμος, bellum, & ἀρχος, præfector: quo modo Cicero in Verrem Trierarchos & nauarchos, id est, triremium & nauiū præfectos Græcis nominibus appellat. Intelligo nunc demum, inquit, quantū adiumenti afferre possint, ad inuestigandam verborū linguæ nostræ originem ea sex quæ hester-
no sermone tradidisti, quorum tria literæ aut syllabæ additione, reliqua earum detrac-
tionē cōstant. Quis enim nisi eorū ratio-
nem habeat, polemarchi verbū detractionis
primis syllabis duabus, eum significare di-
cat, quæ *Marchal* appellemus? Non hīc, in-
quam, tātum fructus ex his percipitur, sed
Latinorum etiam verbotum expulsis bar-
baris cognitio paritur. Quid verò, inquit,
de eo quem admyraldum vulgus appellat,
sentias, nunc tibi dicendum est. Græca, in-
quam, huius quoque verbi est origo. Al-
myrarchus enim, vel Halmyrarchus po-
tius cū aspiratione, ab ἀλμυρῷ verbo, id est,
mari quod falsum est, & ἀρχ. i. præfecto La-
tinē

tinè dicendus est. Maris enim præfecturam gerit. Atque in hoc quoque r litera in l, vt in aliis plerisque mutata est. hinc magnā, inquit, te ab omnibus linguæ nostræ studiosis gratiam initurum esse spero. De lingua enim nostra te optime mereri negare nemo potest. Sed quoniā ab eo verbo quod Pyttones Senarchum appellant, huc dela-
psa est disputatio nostra, velim vt eodem rediens, exponas vnde id ortum sit, quod hic in Turonibus multisque aliis Galliæ locis pro illo usurpatum. Nam & *bailly* eū quē Senesarchum, & *bailliage* Senatū, quam Senesarchiam illi appellant, nos, vt scis, vocamus. Mutata, inquam, hæc sunt vocabula nescio quo casu, aut quorum instituto. In tabulis enim antiquis codicib[us]que confatis à scribis, qui in tabulario huius cœnobij custodiuntur, cræbra Senesarchi, eius de quo agitur, nulla fit mentio. Horum autem etiam mihi Græca origo videtur. Bularchum enim, eum quem *bailli*, & Bularchiam, eam præfecturam quam *bailliage* vocamus: rectè, vt mea fert opinio, appellabimus. θουλὴ enim Græcè, est Latinè Senatus. De productione autem eorum verborum iam antè dictum est. θουλὴ

K iiij

IOACH. PER ION. DE LINGVÆ

autem an non tibi ferè si β ut b Latinum
pronuncietur, eum quem *bailli* vocamus,
sonat? Non est, inquit, magna dissimilitu-
do. Itaque veram hanc quam doces, e-
ius verbi originem esse arbitror. Quid ve-
rò de bularchia dicam? nónne tibi ad illud
Gallicum nostrum *bailliage* proximè vide-
tur similitudine accedere? præsertim cùm,
meminisse te existimē, id quod ante à me
de literarum aliarum in alias mutatione
dictum est, & χ in g mutari solere in mul-
tis vocabulis. Id, inquit, à te dictum, probè
memini, ob eámq; causam facilius hāc quā
nouam tradis, originē multis probatū iri
existimo. Quoniam autem vnde otta sunt
nomina curiarum quæ aliis subiectæ sunt,
dixisti, velim earum quæ summæ sunt, & à
quibus nulla est prouocatio, quæ parlamen-
ta vulgo appellantur, origo quæ sit, expo-
nas. Neque enim nomē illud Latinum est,
neque nostrum ex illo ductum hoc, *parle-
ment*, à Latino originem habere arbitror.
Rectè, inquam, putas. A Græco enim or-
tum est, λαλεῖν enim Græcè; loqui Latinè
dicitur: λ autem si in p mutetur, nostra lin-
gua *paler*, id est loqui, nostri sermonis pro-
ductione remanebit. Itaque nonnulli po-
puli

puli in Gallia, maximèque rustici, in quibus priscæ linguæ nostræ vestigia perseuerant, sine r *pâler*, nunc etiam dicunt: ex quo intelligi par est, priscos illos Gallos vsos fuisse hoc vocabulo. Factum est autem eorum diligentia qui elegantiùs loqui studér, ut quemadmodum in plerisque aliis verbis aliæ literæ adduntur vel detrahuntur, sic r in hoc per epenthesim interposita sit. Ab hoc porrò verbo nostro, quod *parler* dicimus, *parlementer* natum est, quod ad colloquium principum inter se de rebus cōtrouersis, siue pace, siue bello transferimus: hinc *parlement* appellata est curia principis, à qua nulla est, vt dixi, prouocatio. Mihi quidem, inquit, veram nominis summarū curiarum nostrarum originem videris tradere. Venire enim in colloquium in magnis authoribus scriptum pro illo nostro s̄epe legi: quod cùm principes nostri Latinum illud interpretantes usurpassent, curias suas summas appellari eo nomine voluisse censeo. Sunt alij, inquam, in his Budæus, qui non à simplici verbo λαλεῖν, sed à iuncto παραλαλεῖν, id est, nugari, nostrum illud *parler* per syncopen ortum esse confirmant: hinc παραλαλῆναι, vel παραλαλία, nos

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

sermonem , id est , *parole* dicimus . Harum summarū primarūmque curiarum sententiam , lingua nostra , vt scis , *arrest* vocamus , quod à Græco , quod est ἄρεσον , id est , placitum , vt idem Budæus primus monuit , ortum est . Hoc autē verbū principis voluntatem & sententiam declarat ratā & fixam , à qua nulla sit prouocatio . In his aliisque inferioribus nostra lingua *huiſiers* appellantur , recte quidem ii , à quibus ii qui controverſias habent , vocantur , sed errore originis , ostiarii malè nuncupātur . *Hucher* enim lingua nostra vocare appellatur , à verbo ipſo vocare , ex quo o per syncopen detraēto , nostræq; lingue verborum producione *vcer* primū , deinde aspiratione per prothesin præposita , atque , vt ferè fit , per epēthesin , interiecta , *hucher* natum est : hinc *hucier* aspiratione per syncopen ablata , extitit . Hæc autem origo mihi aptior & propior videtur , quām si eam à verbo εἰνάγειν , quod vocare significat , eam arcessamus . Haud scio , inquit , an aliis hanc originē sis probaturus . Ab ostio enim verbum nostrū ductum volunt , ꝑ illi ostiorum custodes sint . Quot , inquam , ostia sint , quótque illi homines , si conſyderes , non ab ostio , ſiue hostio ,

hostio, sed à vocādo dictos intelliges. Dein de cùm præcones Latinè, vt Græcè *νόημα* appellantur, non est dubium, quin veram tradam originem. Si illis, inquit, hoc probare nō possis, illud certè probabis, nostrū illud verbū *hucher* à vocādo habuisse originem, id quod mihi incognitum fuisse profiteor. Nō hoc vnum ac solum, inquam, verbum est ex nostris, quod cùm à Latinis ortum sit, id multi ignorant. Sunt enim nonnulla adeo perspicua & clara, vt quiuis ea nō dico qui mediocriter, sed qui leuiter Latinas disciplinas degustatit, à Latinis originem habere possit dicere. Quis enim adeò indoctus, qui ea nomina quibus panem, vinum, amorem, manum, corpus, innumerabilaque alia eiusdem generis, nostra lingua significamus, statim vnde orta sint, explicet? Alia autem sunt obscuriora, quorū originē nemo sine animaduersione & obseruatione multoq; vsu explicare posset. Superioribus generibus duobus interiecta sunt alia, quæ nec admodum obscura sint, nec adeò clara. Horum autem trium generum in quo sint ea quibus ius verstrum ac nostrum, id est, diuinum, atque ciuile & humanum, atque ius & iniuriam

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

his nominibus, *droëct* & *tort* appellamus & exponimus, crebrisque omnes Galli sermonibus usurpant, nescio. Græci quidem hæc duo *λίγων* & *ἄλιμον*, siue *ἀλιμίαν* nominat. Eadē Latini ius & iniuriam dicunt, quorū illud Cicero non à Græco verbo, sed à iustitia ortum esse vult, quemadmodum *λίγων*, id est ius, à iustitia, quam illi *λίγων* appellant. Nostra autem duo illa quæ his respondent, ab vtris, à Græcisne, an à Latinis orta esse existimas? A neutrīs, inquit, quandoquidem vix vlla litera cum illis consentiunt. Recte, inquam, putas. Ita fit, vt trium linguarum vocabula quæ eadem declarant, sint eiusmodi, vt nulla ab aliis orta videantur. Prorsus, inquit, assentior. Vnde igitur, inquam, nostra orta esse dicemus? Tuum est, inquit, exponere, non meum. A rebus, inquam, quæ cernuntur oculis, ad ea quæ nō cadunt sub oculos, translata sunt. Rectum enim bacillum aliud est, aliud inflexum: & inflexum aliud leviter tale, aliud admodum tale, quod tortuosum à torquédo, sinuosum à sinu, flexuosum à flexu dicitur. Ut autem id quod rectum est, à natura institutum videtur: quod autem inflexum, à natura deflexit, & quasi degenerauit,

rauit, monstri instar, quod natura nūquam procreare instituit: sic iij qui primi hęc noīa nostra rebus imposuerunt, id quod Latini ius vocāt, *droict*. i. rectū appellauerūt, q̄ ius à naturæ volūtate ac ratione quæ recta est, profectum sit: id autem quod illi iniuriam, tort, id est, tortuosum, quod iniuria, id est, id quod iniustè fit, à naturæ, vt ita dicam, restitudine, quemadmodum tortuosum bacillum, à bacilli restitudine, quam natura instituit, deflexerit. Harū, inquit, dictionū nostratum ortum, patrue, & rectè exponis, & aptè à bacilli similitudine quasi à fonte repetis. D. autem, inquā, vel principio verbī per prothesin additum est, vel certè verbum illud à directo ortū habet, à quo i per syncopē sit ablatum. Vtrumque, inquit, defendi potest, sed mihi superius magis probatur. Et rectè, inquā, præsertim cùm rectū à Latinis, vt ὁρθὸς à Græcis, pro eo quod ἀληθεὺς hi, & ius illi vocāt, usurpetur. Sunt enim consequentia. Quicquid enim iustum est, id etiam rectum, & quicquid rectum, id iustum est. De scribendi autem verbi huius ratione, id dicam quod sentio. Non enim primi illi qui eo usi sunt, & in linguam nostram iunxerūt *droict*, per o & i dixisse mi-

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

hi videntur , sed sine his e posuisse , vt *dred* scriberent . Ii enim qui rusticā vitam sequuntur , quique naturalem linguā nostram , iam vt dixi , castam integrāmque tuentur & custodiunt , ita etiam hodie pronunciant . Vīsne ergo , inquit , reuocare nos ad impolitū & quasi spinosum illud dicēdi genus , quod prisci illi tenuerunt ? Nolim , inquā , in omnibus , in quibusdam velim . Dum enim nimia quorundam cura & diligentia , ab illorum more descipiimus , factum est tandem , vt ortum verborum in rebus etiam clarissimis ignoremus . Id quod alio loco , si ita res ferat , commodiūs docebimus . Licebit enim de obscura verborum linguæ nostræ quæ à Latinis orta sunt , origine disputare . Nunc institutū nostrū persequamur . Quoniam de eo quē tu à vocādo , inquit , alii ab ostio appellatū volūt , dixisti , velim de eius verbi origine dicas , quo lingua nostra appellamus eos qui in his nostris inferioribus ac minoribus curiis eodē quo superior , munere funguntur , & in curiiscontroversiarū die quos antè scripto , id est tabellis vocauerint , voce quasi citant . Eos , inquā , te dicere arbitror , quos lingua nostra *sergens* nūcupamus . Eos , inquit , ipsos . Clientes , inquam , à nonnul-

nonnullis nō rectè vocātur, cùm præcones aut viatores dicēdi sint. Nomē autem quo lingua nostra eos appellat, à Græco ortum est. *κέρεν* enim Græcè, Latinè præco dicitur. In patrio casu *κέρεν* facit, cuius si *n* in *c*, vt ferè fieri docui, mutetur, & *n* in *g*, id quod etiā in multis contingere dictū est, *v* detra-
cto, & *e* atq; *n* inter *g* & *f* interpositis, *cerges* existet. Itaque nō per *s*, sed per *c* scribēdum est. Magna fit, inquit, in posteriore syllaba fingēda mutatio. Itaq; vereor, ne hāc tuam originē aliis pbare nō possit. Prior, inquā, syllaba cùm eadē sit, de posteriore non debem⁹ valde laborare, præsertim cùm multa vocabula tibi proferre possim, quæ à Latinis orta esse negare nō possis, cùm interea in extremis syllabis maior sit dissimilitudo: veluti *retorner*, quod dicim⁹ à verbo Latino reuertor, ductū esse nō est dubiū, & *quenoille* à colo, & *huis* ab hostio, siue ostio, & *lieure* à lepore, aliāq; innumerabilia eiusdē generis, quæ tamē minus & literis & syllabis cū iis à quib⁹ sine cōtrouersia orta sint, q̄ hoc meū cū illo Græco cōsentiūt. Nō est igitur tā spectanda literarū aut syllabarum in his, q̄ id quod hesterno sermone cōfectū est, significationis similitudo. Rē autē can-

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

dem hoc nostro de quo agimus, declarari, quæ Græco significetur, hinc intelligitur, quod κέρες primùm au^tionibus faciēdis pronunciat preciū, id quod etiā nostri præcones faciūt: deinde in curiis vocabāt eos qui cōtrouersias habebāt, & eorum patronos, quod etiā nostri faciunt. Tertium autem munus exequuntur prehēdendi fontes, & in vincula vel carcerē coniiciendi, à quo nomen non habuerunt, sed à superioribus. Barbari ante ducentesimum annum, hos, quemadmodum in tabulis huius cœnobij legi, seruientes, & munus siue curationem (neque enim magistratus dici debet) seruientelam, appellarunt, quòd scilicet originem verbi ignorarent. Multa, inquit, hoc loco commemoras, quæ non solum Gallos, sed etiam exterios attingunt. Hoc autem verbum fecit, vt quemadmodum res alia ex alia incidit, sic alterius mihi in mentem veniret. Eum lingua nostra *boreau* appellamus, qui morte condemnatos multatate sollet, quod verbum vnde ortum sit, ignoro: neque enim à Latino ortum ausim dicere, te præsertim præsente, qui de his hoc loco dicturus es, quorum ortum à Græcis repetitis. De eo, inquā, quod à Latino fluxit, me etiam

GALL. CVM GRÆCA COGNAT. 81
etiam cogis dicere. A tortore enim verbo or-
tum est, et in b mutato: quæ quidem mutatio
eam confirmat originem, quā verbo nostro
quo trutinā exprimimus, inueni. τάλγυτη
enim, si meministi, *balance*, et in b mutatione
à nobis appellari antè à me dictum est. Me-
mini, inquit, id quod cur factū esset, te ne-
scire dixisti. Fieri tamen potest, inquam, ut
à nomine Φορδί's, quod eum qui homines e-
necat & interficit, declarat, φ in b, & ν in ε
mutatione ortum esse videatur. Libenter,
inquit, hæc tua amplector, & valde probo.
Sed ab his ad curiā nostrā iūsq; redeamus:
quanquam per pauca restant eius vocabu-
la quorum originē ignorem, partim quoddam
multa à te hesterno sermone patefacta sūt,
partim quoddam à Latinis orta claram & aper-
tam habent originem. Vnum est etiam, quod
me diu multūmque torsit, id quod lingua
nostra *saisir*, Latina, ut Budæus ait, initere
manus appellatur, quæ litera penè nulla in-
ter se consentiunt, ob cāmque causam no-
strum illud à Latino hoc ortum esse non
arbitror. Et recte, inquā: à Græco enim flu-
xit. Domini enim, ut scis, atque ii quorum
in fide bona aliorum sunt, in ea manus in-
iicere iudicis auctoritate solent, si qua in re

L

IOACH. PERION. DE LINGVA.

fidem illi violent, nec soluant quæ illorum bonorum debent nomine, atque hoc ipso faciunt, ut res illæ quasi postliminio ad se redeant, in ipsorumque redigatur potestatem atque ditionē. Hoc κύριενη̄ Græcè dicitur, id est, suo iure vendicare rem, & in suam potestatem redigere. Hinc κύριον interdum proprium, & κύριος propriè significat. Sume ergo verbū illud κύριενη̄, atque inter c & y, a interiice, si r in l, vt ferè fit, mutes, & c vt s leniter pronuncies, detracto hoc toto ἔνεη̄, quæ verbi Græci produc̄tio est, γαστ̄ per y remanere intelliges. Ex hoc nostro verbo actio ipsa vendicādi nata est, i.e. res ea quæ illo verbo declaratur. γαστ̄ enim à vobis appellari solet. Huius verbi, inquit, ortus tā abstrusus & obscurus, quanta à te subtilitate inuentus & prolatus est. Quid si à Latino, inquam, idem fluxisse doceo? Nūquam ab eo quod protulisti, inquit, ortum nostrū esse ostēdes: qui si ab alio doceres, certè hāc Græcam originē nunquam improbabis. Alij, inquā, vtra origo sit ve-rior & aptior, iudicabunt. Capere in hac re Latinè dicitur, ut capere pignora, pro munum in bona iniicere. Capere quidē nostra lingua nō interpretamur, cùm prendre dici-mus,

mus, sed prehendere, siue prendere. In hac
 autem re illud interpretabimur, si c & r leniter
 ut s pronūciemus, & p detracto per syncopē
 atque e extremo per apocopē, ir adda-
 mus. Tū enim *çæſir* existet. Quid enim a-
 liud est nostrū *çæſir*, siue *çayſir*, nisi capere?
 Quæ originis patefactio mea si probabitur,
 hec etiā probetur necesse est. Quænā, inquit?
 Rē, inquā, ipsam quā *çayſie* appellam⁹, à ca-
 pione, cùm pignoris capionē, vt vſu capio-
 nē vos dicitis, habere originē. Vtrā, inquit,
 verbi originē probare malim nūc detum
 ignoro, tā probabilibus rationibus vtrāque
 docuisti. Illa tamē superior nescio quomo-
 do me magis ad se rapit. Ab illo, inquā, ver-
 bo οὐρίειν, οὐρι⁹ nomē, quod dominū de-
 clarat, ortum est. Ex quo duo nostra fluxe-
 rūt, in quibus scribēdis, q̄ vel ignoratur vel
 negligitur origo, ferè peccatur. Quænā, in-
 quit, illa sunt? *Cyeur* & *cyre*, quorū posterius,
 vt scis, principi, & iis qui ea vitę genera se-
 quuntur, quæ illiberalia habent, attribuim⁹,
 superius autem iis qui liberalia sequuntur.
 Atque haud scio, an maiores nostri qui *cyor*
 & *cyour*, per o, vt est in Græco pronuncia-
 uerunt, non per e, id quod patrum nostro-
 rum tātum memoria cœptum est fieri, me-

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

lius quām nos pronūciauerint. Id quod in omnibus etiam nominibus quæ à Latinis in or exētibus, ut doctor, pastor, cæterāq; eiusdē generis orta sunt, contingit, *docteur* enim, non, ut nos, *docteur*: & *pastor*, non *pasteur*; pronūciabant. Mihi, inquit, valde probatur tua illa dè vitiosa scribendi duo hæc nomina ratione sententia: sed de ceteris tibi non assentior. Vis enim nos ad illas spinas reuocare, quod haud scio, an cuiquam probare possis: mihi quidem certè nūquam probabis. Sed vnde ortum sit tertiu, quod Deo, cùm Dominū cum lingua nostra appellamus, clarisq; & magnis viris, cùm ad eos scribimus, non exposuisti. Id quidem à verbo hoc Latino senior, ut plerique, sic ego ortum arbitror. Hoc, inquam, vulgo putatur, sed non video, cur nō idem verbum Græcum, eius ortus esse dici possit. Paucis enim interiectis literis per epenthesin *ceigneur*, non *seigneur* existet. Honos fortassis, qui quondam senibus habebatur, vos cogit, nostrum à senioris vocabulo ortum fateri: quasi verò non maior sit infinitis partibus: is honos, quo domini affici solent. Et profectò mihi quodam modo ridiculum videatur, si Dcum ut senem, cùm Dominū eum nostro

nostro sermone appellamus, venerari nos fateamur. Hæc, inquit, mé quodam modo impellunt, ut sequar sententiam tuā. Quid autem de cius verbi origine sentis, qui iudex rei cōtroversē possessionem alteri parti tanti sp̄er dum cuius res sit, verius intelligatur, attribuit. Lingua autē nostra *recrean-*
ce appellamus, quam recendentiam barba-
ri nominat. Budæus verò vindicias appel-
lari cēset oportere. Ego verò, inquam, ver-
bum hoc nostrum ex illo barbaro, quod iu-
reconsulti inuenerunt, recendentiam dico,
natum esse arbitror. Prædes autem ii di-
cuntur Latinè, quos Gallicè *pleges*, id est,
sponsores, r in l vt fit, & d in g mutatione
nominamus. De priore quidem, inquit, nō
dubitabam, sed quid sentires scire volui: po-
sterius autem mihi erat obscurius. Quod
autem nos, inquit, *epicaiixer* in iure nostro
dicimus, id à Græco ortum existimo. Re-
ctè, inquam, idque primus Budæus, quan-
tum intelligere possum, docuit. *épicaiex* e-
nim & *épicaiès* dicitur, cùm non pro iure no-
stro, sed ex æquo & bono, de iure nostro
decedentes aliquid facimus: ex quibus iu-
reconsulti vestri illud verbum quo modò
vñsus es, finxerunt. Sunt etiam, inquit, quæ

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

penè oblitus eram , & me diu multumque
torserunt. Iuris autem nostri sunt omnia, &
tamen quotidiani sermonis eadē sunt. Qui
de re aliqua priuatim contendunt, interdū
alij alios lacescant, quod sponsonem face-
re, & deponere Latinè , *gaier* autem Gallicè
dicitur. Nostrum, inquā, Græcum est. *γαῖη*
enim duarum syllabarum verbum lacesse-
re & prouocare declarat, quod transferen-
tes i vim cōsonantis facimus obtinere. Ita-
que peccat omnes, qui *gaiger* per g scribunt
ignoratione originis . Ex quo verbo nostri
rem illam quæ quasi pœna ei qui vincetur,
proponi solet, *gaies* nominauerunt. Alia c-
tiam , inquit, ratione & significatione *gaie*
pignus dicimus, & *engaijer* oppignerare, quæ
vnde orta sint, quoniam Latinis illis pror-
sus dissimilia sunt, ignoro . Hæc à Græcis,
inquam, ortum habuerunt. *έγχυρόξη* enim
Græcè, oppignerare Latinè dicitur, cuius χ
in g medium mutato, & ε syllaba per syn-
copen detracta , & ζ in i mutato , & γ in r
propter productionem verborum nostræ
consuetudinis, *engayier* existet. Existet qui-
dem, inquit, sed factis multis magnisq; mu-
tationibus . Nulla, inquā, fit, cuius non ra-
tionem tibi probabilem attulerim. ζ est, in-
quit,

quit, quæ à te litera mutata me conturbat
maximè. Hanc, inquā, eius literæ mutatio-
nē in vno verbo docui, id est, in ξιλοτυπίᾳ,
quam *ialouſie* vocamus. Si exemplum hoc
parum virium tibi ad hoc persuadendum
habere videtur, te ad Platonē vocabo, qui
in Cratylo eam literam in i mutari solitam
à priscis tradidit. Neque hoc in Græcis tan-
tum valuit, sed etiā in Græcis in Latinum
sermonem transferendis. Nam & ξυγὸν iu-
gum & ζεὺς Iupiter, quasi ζεὺς pater à Latini-
nis dicta sunt. Quinetiam, ut veteres om-
nes Grammatici tradunt, antè quam ξ La-
tini à Græcis mutuati essent, pro ea litera
aliás i, aliás duplex scribebant. Pro mole-
stia, inquit, quā tibi repugnans aut contra-
dicens attuli, maximū mihi fructum reddi-
disti. Utinā ita mihi semper cōtingat. Ioca-
ris, inquā, etiam nunc tu, quasi verò id mo-
lestię, ac nō potius lucro deputé, in quo tibi
à me cū molestia cōsulatur. οὐέχυρον autē id
est quod ex eo ortum *engaeure* appellamus.
Quod aut, īquit, *appoincter* & *appoinctensēr* vo-
cam⁹, id vnde ortū est? Hęc, īquit, orta sunt
ex causę capite vel capitib⁹, quę iure cōsulti
idocti, cū caput nō putarē aliter posse dici,
chef. i. sūmę partis aīmatiū noīe appellarūt.

L. iiiii

Rectius enim caput in causis posse dicere potuerunt. A capite ergo causæ, vel capitibus parte aut partibus, illa verba orta sunt, quod inter partes, vel iudicis interposita auctoritate, vel de procuratorum & eorum quos in consilium adhibent, sententia de eis quasi causæ punctis minus principalibus, aut etiam principalibus, quæ à Latinis, ut dixi, capita appellantur, cōueniat. Hoc loco Petrus, qui te, inquit, iureconsultorum inuidiam sustinere posse speras, quorum ignorantem in transferendis vocabulis non dubites indicare? Pace, inquam, eorum dixerim, qui hæc legentes & quos se præbebunt estimatores. Quoniā, inquit, de non nullis quos contractus vocant, dixisti, emptionem cur a chapt, & emere a chapter dicimus, expone. Nam reliquorum ferè nomina à Latinis, ut vendition, & vente, à vendendo, louage, à locando orta sunt. Eiusdem, inquam, verbi me origo diu multumque torsit. Atque; haud scio an illa cura & molestia liberatus sim aliorum iudicio & sententia. Cūm enim nec à Latino, quod modò cōmemorasti, nec à Græco quod idē significat quod Latinū, nostrū hoc ortū viderē: diu me ortū eius inuenire posse diffidebam. Sed tandem aliquando

quādo cūm multa mecum voluēs ac reputās alia ex aliis cogitarem, hastę verbum mihi venit in mentem, quæ hache lingua nostra diceretur: mōsque ille Romanorum, quo sub hastā servi vendebantur: atq; ex his nostrum illud *achapter* fistū ortūmq; conclusi. Quām altè, inquit, horum verborum nostrorum ortum repetis. Altè, inquam, facio, atque haud scio, an aliis eum sīm probaturus. Evidē, inquit, cū tenebo, quoad meliorem ihucero, aut aliis probabiliorē demōstrauerit. Quem verò eorum ortum existimas, quibus mutuum & commoda- tum, mutuari commodaréque his verbis, p̄st, & p̄fster interpretamur? Imperitorū, inquam, linguae Latinæ interpretationem istam esse arbitror, qui p̄fstante idem quod illa declarare putauerint. Mihi, inquit, etiam ita videtur. Sed illa me magis angūt, quibus locare & redimere, locatorem & redemptorem, affermer, & fermier interpre- tari solemus. Eorum, inquam, non obscuræ est origo. Ab affirmando enim mihi orta videntur esse. Nam quoniam iij inter quos eiusmodi contactus intercedit, se certam vim pecuniaz quotannis dominis dissolu- tuos esse affirmant, quod illi ratum & fir-

mum putant, ex eo affermer, & ferme & fermier dicta esse existimo, nisi tu melius aliquid habes. Nihil, inquit, est, quod tuam originem improbem, aut ad eā possim addere. Hæc, inquam, verba non ita pridem inuenta sunt, quæ res facit, ut ab imperitis linguae Latinæ iure cōsultis, qui cùm Latina superiora ignorarent, primùm affirmare & firmam & firmarios dixerunt: deinde verbum è verbo hæc in nostrum sermonem transtulerunt, conficta esse putem. Hunc enim eorum ortum tradere malo, quām orta ea à Græcis illis φθέγξος, id est, firmus & certus præs, aut φέρω, id est, dos, ut in m mutetur, dicere. Quanquam hoc posterius similitudine quadam recte dici potest. Ut enim dos ad tempus datur, sic etiam hic contractus & quasi patio. Hoc, inquit, aliquid est, sed illud superius mihi magis probatur. Quod etiam iouir, & iouissance dicimus, id fictum scilicet ab imperitis dices. Sic est, inquam. Quis enim vñquam vel mediocriter doctus, gaudere sacerdotio pro frui, id est, fructus percipere ex sacerdotio, dixerit? Et tamen gaudere in hac re iouir dicitis, cuius ver-

ius verbi participium est præsentis temporiouissant, à quo ionissance. hinc compositum reiour, gaudere , & gaudio afficere, quæ si à verbo Latino gaudere dicta sunt, vt vulgo putantur, melius per g, quod lenius pronunciari debet, scribentur. Attente, inquit, te audio. Iam semel atque iterum huius erroris ac vitij in scribendo mentionem fecisti. quod vtinam corrigitur. Sæpe iudices statuunt, cùm de terminis finibusque agrorum, vel vitium disceptatur, fines esse constituendos, quos *bornes* & aëtum *borner* appellamus: alij r detrahunt. ego vnde hæc orta sint verba, prolsus ignoro. A Græcis, inquam, orta sunt. ὅρθε-
nim terminus siue limes dicitur, & ὅραιδαι,
terminos ac fines constituere. aspiratione
in b mutata, & n interiecto, bornos &
borneistæ existent, quæ à nostris nisi verbi productione, id est, vt vocant, terminacione, non differunt. Quanquam ab alio Græco quod Parisii tenent, id est, βέρδος,
ortum illud esse malim. Est enim collis siue parvus mons. & in libro Mosis de mundi origine eodem verbo hæc ipsa res declarat. Incredibili, inquit, me lætitia affecisti, idq; in magni beneficij parte numero.

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

Cùm ad opus rustici, atque alij artium præfertim sordidarum homines se conferunt, se ire nostra lingua *befongner*, & se esse en *befongne*, & *embefongnés* cùm in opere sunt, dicunt. corū tu quēm ortū esse dicis? Nulla, inquā, oratione exprimi potest, quātū me eorum ortus anxerit, cùm nec Græcum vllum nomen, nec Latinum eorum quæ idē declarare videtur, repetitē, quod eis originem dedisset. Ea autem orta esse tandem reperi à peronibus, siue beronibus, quibus rustici inductis in pedes & tibias, se ad opus conferunt. Perone enim & berone (vtrunque enim legitur) in auferendi casu r in s, vt fit, mutato, nostra, illa referūt. Hinc à peronato *embefongné*, eum qui est in opere nominamus. Est, inquit, hæc longè petita origo. Est, inquam, fateor, quā qui nō probabit is meliorem ac verisimiliorē per me inueniat, licēbit. Quanquam operari fortasse verius o detractō si p in b & r in s mutemus, adiecta productione nostra *befongner* dicitur. Hoc, inquit, posterius multis probabitur. Vtcunque, inquam, res habeat, eius verbi quo oppidū *villa* appellamus, cāmne originem putas, quām plerique tradunt? A villa, inquit, ortū esse volūt. A Græco πόλις,

ortum

ortū, inquā, malim dicere. *P*er enim in b & v interdum, iam vt docui, mutatur. In oppidis, inquit, multe sunt viæ, quas rues, vt scis, vocamus: sed quæ sit huius verbi origo, expone. Græca est, inquam. nam ἐύπε, via, quæ vicum imperiti vocant, dicitur. Si u in u mutes, & m detrahas per syncopen, atque si in e rursum mutes, verbum nostrum rhue remanebit. Domos, vt scis, inquit, *maisons* vocamus, & cochleas earum γυις, quorum ortum te malim, quām me exponere, q ad Græcum sermonem cuius sum ignarus, me ferè traducis. Domum, *maison*, inquam, appellamus, vel à mansione, quòd in ea manneamus, vel à Græco verbo οἶκος, quod in accusandi casu οἶκος facit. Nam si per prothesin m præponas, & c leniter vt s pronuncies, *moison* habebis, quemadmodum nonnulli per o non per a quasi originem Græcam retinentes, proferūt. Cochleas autem domorum vis appellamus, quòd ad eas nos vertentes ascendamus. Vertere enim nos, vt scis, *vire* dicimus. Pars est, inquit, infima domus præter fundamenta, in qua vinum condi solet, quæ si fornice non constet, *cellier*: si constet, *cave* à nobis nominatur: quorum quam originem esse vis?

IOACH. PERIÖN. DE LINGVÆ

Eam, inquam, *cellier* duplicit appellamus à cella. Cellæ enim vinaria vtrunque genus Latinè dicitur: sed *cane* siue à *cauea*, qui locus erat in theatro insimus vnde homines prodibant, siue à cōcauitate & cauando, quòd cauari lapides iis ædificandis solerent. Hanc quidem eorum verborum originem probè noueras, sed verebaris, ne te ad Græcum sermonem revocarem. Est ut dicas, inquit. Extra vrbes & oppida domus eis vicinæ Latinè suburbana dicuntur: à nobis autem eur *faulsbourgs* appellētur, nescio. Nomen est, inquam, iunctum & compositum. Burgos, vt Eutropius ait, Burgundiones cōiunctas domos appellabant, nec Burgundiones tantum, sed etiam Franci, quod verbum non oppidis iam tribuimus. tributum autem esse quondam hinc apparet, q̄ ciues nunc etiam ex eo *bourgeois*, & suburbana *forbourg*s nominamus. Alterum autem verbum non *faul*, sed *fors* scribendum arbitror, à foris præpositione, quæ extra significat. quæ præpositionis significatio in aliis etiam nostris verbis apparet, vt cùm errare aliquem in via & itinere, *foruoier*, id est, extra viam & à via deflectere dicimus: & cùm equos qui nimium biberunt, *forbeus*. dici-

dicimus, quòd extra & præter modum: &
 cum *forfaire*, *forfaict* & *forfaiture* dicimus,
 quòd præter ius æquum & bonum fiat.
 Sic enim peccare & peccatum appella-
 mus. cùm vos etiam *forclorre*, id est, exclu-
 dere aliquem à præsidio iuris culpa sua di-
 citis, quasi *extra*, id est, foris claudere.
 His ego verbis aliisque eiusdem generis
 adducor, vt non *faulsbours*, vt scribi solet,
 sed *forbourg*s scribendum esse credam, quòd
 domus sint vicinæ vrbi eique adiunctæ,
 sed extra mœnia. Quanta, inquit, exem-
 plorum copia abundas ad efficiendū quod-
 vis? profectò multorum studia non, solùm
 iuuas, sed etiam excitas: neque hoc tan-
 tùm, sed multorum etiam verborum ori-
 ginem vltro aperis, quæ plerorumque in-
 genia, vel acutissima torquere potuissent:
 quibus tuámne istain extremam probatu-
 rus sis, cùm à falso & ora quam *bour* voca-
 mus, hoc ipsum verbum nostrum dictum
 esse, putent, nescio: mihi quidem certè
 placet. Cur, inquam, à falso dictum es-
 se, confirmare possint, non video, nisi quod
 id sæpe falso esse dicimus, quod non est
 verum, atque id duobus modis, vel quia
 dictum & simulatū est, vt cùm laruatos ho-

IOACH. PERION. DE LINGVA
mines falsam faciem & vultū dicimus, vel
quia malum vt de iudice, quibus modis nō
recte appellabitur. Nam alterum omnino
absurdum est dicere. Cuius enim falsa erit
ora siue extremitas? non vrbis? vera enim
est potius, non aliarum rerum. Relinqui-
tur ergo, hanc meam veram esse originē.
Ante quām ab vrbe, inquit, discedimus, ve-
lim mihi exponas ortum verbi, quo fornici-
cem, siue cameram aut testudinē, *voſte* in-
terpretamur. Latina est, inquam, eius ori-
go, sed satis obscura. Testudo nominandi
casus est. Nam si primam literam & d de-
mas, atq; o inter u & t interponas, totūq;
verbum inuertas, *voſte* manebit. Abdita,
inquit, & quasi demersa erat in profundo
huius verbi origo. Huius siue fornicis, siue
cameræ mētio facit, vt alterius verbi quā-
ram originem. In templis enim cameræ fe-
rē visuntur: itēmq; vasa illa in quibus quia
verum Christi corpus, more institutōque
maiorum panis specie custoditur, ex eo *cu-
ſtodes* appellata existimo. Sed quoniam a-
liis locis *ciboire* vocatur: ea me latet huius
verbi origo. Ea, inquam, tota Græca est.
κυβων enim Græcē, Latinē arca, vt No-
chi arca dicitur, cuius verbi nostrum pri-
mas

mas syllabas duas retinet: tertia autem cōsuetudo sermonis nostri triuit ex similitudine. τ enim vt t Latinum, interdum in c & in s mutatur, s autem in r soni propinquitate. Ita *ciboīse* primū, deinde *ciboīre* extitit. Vera hæc, inquit, verbi huius origo est, ob cāmque te à Parisus aliisque populis qui illo verbo vtuntur, magnam īitutum gratiam spero. Sacerdotes in templis, vt scis, vestes sumunt, quas vulgus Latinorum capas vocat, ad earūmque similitudinem Hispani, Gallique nostri eos his paucis annis imitati vestes finxerunt, eodemque appellarūt noīe. Tu eius verbi origē quā esse censes? à Græco, inquā, σκέπη ductum esse arbitror. est enim σκέπη integumentum, ex quo verbo si primam literam demas, & ε in a & η in e mutes, *cape*, quod est nostrum, & *chape*, quod ad vestes sacras accommodauimus, reperietur: nisi forte mauis à barbaro verbo capa siue cappa ortum esse. Vtrunque, inquit, probabile mihi videtur. Quoniam vestium mentionem fecisti, commodè hoc loco mihi satisfacies iis in verbis, quorum mihi obscura aut incognita est potius origo. Cur vestem *robe* appellemus, & penulā *manteau*, & vestem

M

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

interiorem *hocheton* dixisti : nunc doce cur
eandem interiorem alio modo factam *faie*
hodie dicatur, nobis pueris *faion* diceretur.
à sago , inquam, nostrum hoc ortum est,
quemadmodum Baifius admonuit . Hæc
autem , inquit , laxa vestis , qua cùm cili-
cio amicti in templum Benedictini mona-
chi inceditis , cur à nobis *froc* dicitur ? A
floccis,inquam, ex quibus solita est confi-
ci. Cucullum autem totam vestem Latinè
vocant, cùm cucullus id sit, quod capiti ac-
commadamus : eam autem partem nos
corniere appellamus, à cornu, vel potiùs *co-*
niere dicenda est, à cono , in quem desinit.
Hoc posterius probabilius est . eam enim
figuram quam pyramidem Græci ab ea,
quam ignis efficit, imitatur. Quis, inquit,
hoc docuit ? Ego,inquam, ex rerū similitu-
dine & comparatione, primus, quod sciā,
obseruavi, & notaui. Vestra hæc vestis tam
laxa monet me ut à te quæram, cur extre-
mæ hæ partes *orlées* esse dicantur, & res ipsa
orléure, nec solum in hac veste vestra, sed e-
tiam in nostris , si quid manum & acum
desideret . Ab ora quæ extremitas dicitur,
hæc appellata sunt omnia . Nam *orler* est
oram contortam , & quasi complicatam
leniter

consuere. Cur etiam, inquit, *border* vel *broder* vestium oras prætexere dicimus? A verbo, inquam, Græco βροασθεναι, cuius antè mentionem feci, quod oram significat, appellatum est, nec *orler* & *broder* differunt, nisi nostra consuetudine, qua illud ad rem ipsam cùm nihil additur, hoc cùm additur vel purpura, vel lana, vel aliquid eiusdem generis transtulimus. Hinc *brodeur* datus est à nobis, is quem Latini acupictorem nominant, & ex eo *brodeûre* & *brodeûrie*, quæ ab eisdem prætexta dicitur. Cur verò, inquit, illud vestis genus, quod vndulatum ab vndis insitis & intextis Latini appellant, nos *chamelot* nominamus? Hæc, inquam, perinde quæris, quasi omnium originem & etymologiam tradendam susceperim. Non ita est, nec quenquam id præstare posse arbitror. Dicam tamen quod sentio, ne quid tua causa noluisse videar. id ergo vnde illud genus vestis conficitur, mihi *chamelot* dici videtur, à χαμαλητι, quod humi significat, quod vndæ intextæ faciant, vt una ex parte eminere vestis, altera depressa videatur. Præclara sanè, inquit, etymologia.

M ii

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

Eam enim quam ais, speciem oculis præbet. Quanquam non ignoror, inquam, à camelinis pilis ex quibus fortassis principio confici vestes illæ solitæ erant, dici posse. De ea autem, inquit, serica veste, quam nos *velours* nuncupamus, quid sentis? Holofericam, inquam, dicis, quā ita à villis, qui extrinsecus eminent, vocamus. Qui autem villi Latinè dicuntur, & vellus, à Græcis *μαλλόν* appellantur, vnde *malle* thecam illam vestium qua in via equitantes utimur, vocauimus, quod principio ex ouium cum villis, vel aliarum pecudum pellibus confici solita esset. quem quidem morem pristinum nonnulli hodie reuocant. Occupasti, inquit, quod de te quæsiturus fui, ob cāmque rem magnam tibi gratiā habeo. Sed ne à vestibus discedamus, quoniam nihil propriè de tunicis mundōq; muliebri dixisti, velim exponas vnde *cotte* appellem⁹, eam quæ virili mediæ quam *faie* vel *faion* à sago appellatam dixisti, respondet. A Græco, inquam. *χιτώνος* enim mulierū erat, cuius mutatis inter se literis duabus hoc modo, Chotinium, ferè nostrum illud existet. Cætera autem vestium genera ferè tibi nota esse arbitror, vt tegumentum *capitis*, à capite

capite *chaperon*, & *couvrechef* à cooperiendo capite, & *templete*s à temporibus, & *gor-gias* à gutture, quod *gorge*, vt scis, nuncupamus: & *collerette* à collo, & *manchon* à manu vel manica, quasi parua & breuis manica sit: & *demicinct* à dimidiato cingulo, vel dimidio cincturę. Nota, inquit, commemo ras non mihi tantum, sed etiam omnibus. Obscurorum nullam mentionem facis. Dui nare, inquam, non possum, quæ tibi ob scura sint: præsertim promiscuè & confusè quærēti tam de Græcis quam Latinis. Itaque tu ipse quæras quæ tibi incognita sint, per me licet, vt adhuc fecisti. Ita faciam, inquit. Ac primum de tunica aut veste pelli cea quam cur *fourrée* & pellem ipsam om nino *fourreure* vocemus, ignoro. Hæc, in quam, Græca sunt omnia. Φερέιον enim locus munitus dicitur: hinc *fourreure* pellis in veste appellata est à nobis, siue quod nos contra hyemē & frigus muniāt, siue quod vestem ipsam munitam reddat. Φερεῖν, mu nire, nos *fourrer*, & φερεῖντα, munientem, *fourreur* nuncupamus. Quam longè, inquit, verborum linguae nostræ ortum repetis. Quis hoc unquam diuinare posset? & ta men tam literarum ac syllabarū, quam si-

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

gnificationis similitudo verum hunc ortum esse declarat. Eodem autem verbo in alia re vtimur, cùm aliqué delitescere sub lecto aut alia re, *fourrer* dicimus: sed non est idem eius fortassis ortus, Imo verò, inquam, idem est. Φρουρέω enim excubare est, quod qui faciunt, locum insidiis aptum exquirunt. Nos etiam, inquit, *bouter* pro eodem ferè dicimus. Est vt dicis, inquam: sed eius Latina est origo. Positus enim, si p in b medium mutetur, & si per syncopem detracta syllaba, u addatur per epenthesin, boutus existet: hinc *bouter* pro ponere, quibus verbis Turones, rariūs, Parisij sæpius vtuntur. Sed hoc ipso verbo, inquit, nos in alia re pro verbo pellendi vtimur, cùm *bout* pellere interpretamur. Est'ne vtriusque eadem origo, quemadmodum superiorum? Minimè verò, inquam. A verbo enim pulto pultas, quo comici sæpe vtuntur, ortum est. Sed vt ad propositum, inquit, reuertamur, illud quadratum quod se minæ cinctum ante ventrem habent, à Parisiis *tablier*, à tabulæ forma, vt opinor, vocatur, à nostris autem *deuantal*, siue *deuantau*, vel *dauantal*, quòd ante & à fronte eos tegant. Est vt dicis, inquam, nisi forte à ventre

vêtre deuental pro deuentral nominatur. Ven
trale enim dicitur Latiné. Solēt interdum,
inquit, mulieres hoc genus vestis fibulis
quibusdam cōnectere, quās Parisij, vt cūm
Lutetiae essem, notaui, *agraphes* dicunt, nos
crochés vocamus. Illud, inquā, Budæus ab
ἀγράφῃ, id est, captura, vel ἀγράφῳ, id est, valde,
& ἀφῆ, id est, taſtu, quod valde copulet, or-
tum esse dicit. Ego hoc addere possum,
mihi etiam videri ortum à nomine ἀγράφῃ,
quod instrumentum illud aduncum si-
gnificat, quo ex puteis vasa extrahuntur.
Nam si recte mutes literas, & p in pha-
spiratam, *agraphe* exisset. Hinc à verbo ip-
so quod est ἀγράφη, multa verba eiusdem
significationis, id est, quæ vi & vno ca-
pere declarant, vt *haper*, *harper*, *agrapier*,
& *arraper* duximus. Illud etiam inde or-
tum videtur, quo rei aduncæ vel acu-
tæ vestigium in manu vel pede vi ex-
pressum significamus, cūm *egraphigner*
dicimus. *Quinetiam* aduncum illud in-
strumentum quo ex ollis carnes extra-
huntur, & à Parisiis *hauet* appellatur, hinc
ortum est. ἀγράφῃ enim, vel ἀγράφῃ, & detra-
cta litera, & p in u mutata, *hauet* penè re-
manebit. A nobis autem hæc omnia vno

M iiii

IOACH. PER ION. DE LINGVÆ

nomine, id est, *crochet* ferè vocantur, quod verbum à Græco γέωσα ortum est, ex quo etiā *crocheteur* is appellatur, qui vñco quod instrumentum *crochet*, vt scis, vocamus, se ras aperit, & *crocheter*, vñco aperire. Vnguium etiam & manum aduncitate siue in hominibus, siue in animalibus, *gryper*, vi rapere à Græco γεῦτες, quod est instrumentū nauticum aduncum dicitur. Hæc autem, inquit, in viris & mulieribus, cùm nectuntur *attacher* appellamus, an etiam à Græco? A Græco, inquam, ἀπίεσθαι, quod coniunge re declarat. hinc ansulas cortinarum aliarūque rerum *attaches* vocamus. Quid, inquit, de calceorum vinculis & corri giis, quas non ita pridem, vt scis, cùm es sent latiores, *frasées* vocabamus? non à Græ co, inquam, ortum est, sed à Latino fascia. A Latino etiā fibulam, q̄ eam ansulam ex ære vel ferro, cui fasciola illa clavio aut a culeo astricta cohærebat, aliisque eiusdem generis prima syllaba dempta, & c interiecto, *boucle* nuncupamus. A Latinis, inquit, multorum rursus originem repetitis, quæ non putassest. In calceis aliisque rebus extremas partes longitudinum *bouts* appellamus, à Græcōne an à Latino?

A Græ-

A Græco, inquam. *βούς* enim Iulius Pollux Græcus autthor & scriptor in septimo libro commissuras in extremis vestium partibus quæ suendo fiunt, à veteribus appellatas esse dicit, quod nos verbum in ea re dictum ad ceteras transtulimus. An verò, inquit, ab hoc nomine diminutiuum finxi- mus id quod in mediis tunicis plerique cōficiunt pro fibulis, atque etiam in thoraci- bus & penulis, nōsque *boutons* vocamus? Si fictum, inquam, dixero mihi errare minimè videbor. A bullis tamen ortum esse possum dicere, quòd quemadmodum bulle ex aqua extant, sic hoc genus fibulæ ex vesti- tuis eminet. Sed penè, inquit, oblitus eram, de te quærere, quis sit ortus eius verbi, quo fascias illas quibus calligas astringimus, *iartiers* nos, Parisii *iartieres* vocant. A Lat- no, inquā, verbo arctare i præposito, quòd calligarum laxitatem astringant, appellatum censeo. Calceos autem, inquit, à Lat- no solea, à nobis *souliers* appellatos arbitror. Sic, inquam, existimo, sed tamen non video quin ex Græco ὑπόστυμα, quod verbū è verbo subligatum dicitur, nos *soublie*, & in plurali *soublies* appellauerimus, ea forma *qualicentie*, & *licentie*, quos licenciatus vul-

IOACH. PERIQN. DE LINGVÆ

gus appellat, dicimus, cùm paucis abhinc annis hæc cum r scriberemus. Hoc, inquit, fieri potest, sed cùm Latinum suppetit tam propinquum & simile, non est tam longè origo repetēda. Obscurior mihi crepidarū quas *pantoufles* vocamus, origo videtur. Ea, inquā, planè Græca est, vt Budæus primus docuit. Φελλὸς enim suber est Latinè, ex quo constant. πᾶψ totum dicitur, quasi id genus calciamenti totum subere constet. Quoniā de vestibus aliquid dixisti, ex earū^{mentio-}ne mihi colores incident. Dixisti suprà eū quem album Latini vocant, & candidum, tibi appellatum à Græco λαυνὸς videri. quid de eo sentis quem croceum siue luteum La-
tini appellant, vnde à nobis *ianne*, vel sine l
ianne vocetur. A Græco, inquam, quod La-
tini suum fecere appellatū est. ἵπη enim ter-
tiæ inflexionis & neutri generis viola dici-
tur: hinc *ιάνθινος* violaceus vocatur. Si ab
hoc verbo *Si* per syncopen auferes, iannos
manebit, à quo multi Galli, maximèque Pi-
cardi per duplex n, *ianne*, non per u & n *iaur-*
ne, vt nos, dicunt. Sed huic, inquit, origini
quam tradis, aduet satur interpretatio tua.
ιάνθινος enim violaceum dixisti, quem pur-
pureum vocamus. Violaceum, inquā, vul-

go

go purpureū, vt ais, vocamus quidem, sed non ignoras id quod Plinius 21. lib. cap. 5. ait, Violarum plura genera, purpureæ, luteæ, albæ, plantis omnes, vt olus satç, quod tibi vel oculis cernere licebit, si in hortum nostrum his ædibus annexum & adiunctū ingredi velis. Nō est, inquit, opus fidei quidem faciendç gratia, tibi enim facile assentior. Sed si animi causa, eò ambulatum ire vis, quoniā satis diu hīc in çdibus tuis quasi in opaco partim ambulantes, partim confidentes disputauimus, te consequar. Tuum, inquam, fuit me admonere, vt primùm tibi hic locus opacus & tectus displicere cœpit. Alia me, te alia fortasse delestat, vt sunt varia hominum ingenia. Vrbanè, inquit, agis, patrue, ac liberaliter, quæ tamen vrbanitas tua ad dictum pertinet. Neque enim cùm ætas ista tua, tum doctrina, ea me oratione qua vis, vti patitur, aut sinit. Quòd si paulò audaciùs loquutus sum, tuum erit adolescentiæ meæ ignoscere. Te tam vrbanum, inquam, esse non putavi, ne dicam superstitionem. Age, concedamus in hortum, valeat hīc comitas, seueritas iaceat. Cùm in hortum descendissimus, Vidén-

JOACH. PERION. DE LINGVÆ

tu, inquam, violas purpureas in hac areola? vides in illa luteas, vides in ista albas? Video, inquit, nec maiorem fidem mihi facit aspectus. Sic, inquam, existimo: sed tamen rem quam exponere volo, facilius oculis indicibus intelliges. Hæc enim tria genera violas Latini vocant, nos *violetæ* dicimus, à viola porrò violaceus dicitur, quo non solum purpureus color declaratur, sed & albus & luteus: propriè tamen hoc verbum à Latinis, & nostrum *violet* à nobis in purpureo intelligitur. quod eodem modo de λανθίνω iudicandum est. Non est igitur mirum, si luteū colorem *iaune*, vel *ianne* appellauimus. Rem, inquit, obscuram primo aspectu, & difficilem, illustrasti & explicauisti. Ab hoc, inquam, Græco verbo id nostrū ortum existimo, quo rem preclaram atque præstantem *ianth*, & *ianthe* vocamus, quod ianthinus color in precio fuerit, quēadmodū tradit Plinius, quā originē nostri ignorantes *gent*, & *gente* per g soliti sunt scribere. Id etiam aliis verbis interpretamur, quę quidem sola productione differunt à superioribus: *ianthil* enim in masculino genere, & in feminino *ianthille* dicimus, ex eo fortasse quod λανθός per i prothesin flos appellatur,

latur, & quæ flore prædita sunt, præstantiora habentur, quām ea quibus deciderunt. Atque haud scio an ex eadem re nobiles *ianthils*, non *gentils homes*, & scribere & appellare debeamus, quòd ceteris hominibus præstent, quanquam eos fortassis à Græco οὐ γένεις, & syllaba dempta, t̄ inter n & e in teriectione *gentils* vocamus. Hoc, inquit, postremum mihi magis placet, aliisque probatum iri puto, idémque verbum ad superiora accōmodatum potius, quām illa quæ à viola & flore orta sunt, videtur. Quæ, inquam, mihi his omnibus originem dedisse videbātur, exposui. Tuum erit cæterorūmque eligere quod aptissimum & verissimū videbitur, aut etiam aliam quærere originem. Quod, inquit, mihi probatur, iam exposui: alii idémne probent, viderint. Sed quoniam de nominū quibus rem præstantem aut hominem significamus, origine differis, nō antè hinc te discedere patiar, quām mihi dixeris, vnde id ortum sit nomen eiusdem penè significationis, quod hīc paucis annis cœptum est esse in ore omniū. Omnes enim hominem, vēl rem præstantem *galand*, & *galande*, vēl *galante*, vt scis, nuncupant. Est, vt dicis, inquam. His paucis annis

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

in ea re teri cœpit . A Græco autem καλόφ, quod bonum & præclarum declarat, ortum est : nisi forte à valente ea forma qua Vilielmum nonnulli , nos Guilielmum, ut scis, dicimus . Nam paulò antè, nostra memoria eos homines & res *Vailents* , & *Vailentes* omnes vocabant, quod verbum penè iam obsoleuit, nisi forte in re militari . Vidimus etiam cùm hoc idem verbum in malo tantum intelligeretur, sed eius aliis mihi ortus videtur esse. Intelligis quid velim? Vix, inquit, aut ne vix quidem. Nos, inquā, homines eos qui ætatis flore freti aliquid audaciùs gerere parati sunt, *galands*, & *Vers galands* appellamus, ab eūdo eadem forma qua superiora nomina . Eosdē enim *allants*, & *gallands* solemus dicere, hinc porticus *galerie*, quasi *alerie*, ab eundo, id est, *aller* appellauimus. Lætor, inquit, me illud ne vix quidem intelligere dixisse . Illa enim siue tarditas, siue ignoratio mea hæc te tot exempla ad rem multis sanè incognitā illustrandam proferre coëgit . Sed quoniam de his nunc non agimus, sed de coloribus , dabo operam , vt dum in hoc horto tuo sumus, veniat mihi in mētem si quid præterea desyderem . Non est , inquam , quòd nominum

num herbarum originem quæras. Sunt enim penè omnia orta à Latinis. Nam vt in ambulanti tibi nonnullas ostendam, saturreiam quam cernis, *sanriete*, *thymum thym*, *rutam rue*, *rosinarinum romarin*, *costum coq*, *majoranam mariolaine*, *mentam mente*, *balsamū basme*, *lilium lis*, *hyssopum hysope*, *fœniculum fœnoëil*, *petroselinum persil*, *lactucam laictue*, *porrum porrée*, vel *porreau*, *cepolam*, siue *cepulam ciue*, vel, vt alii, *ciuat* nuncupamus. Eas, inquit, mihi tantum ostendis & nominas, quarum ortū minimè ignoro. Interualla si eadem prætereamus, tibi nonnullas ostendam, quas te prætermittere miratus sum, tēque admonuissem, nisi veritus essem, ne sermonem tuum interruperem. Cedo, quas inquam. Illam, inquit, primū, quam *baselic* vocamus. Ea, inquā, *basilica*, siue *basilicon* appellatur, à Græco, quasi regia sit herba. Cur autē regia dicta sit, ignoro, nisi fortè q̄ rex aliquis eius odo re delectatus sit. Deinde, inquit, hāc quam *laurande*, alii, vt *Parisii*, *lauande* vocat. Eam, inquit, ita vocamus à verbo barbaro *lauan* dulæ, quod nomen ab vsu habuit. i. à *lauan* do & *abluendo*, quod lauandis pedibus adhiberetur. Vides eiusdem generis aliā, quæ nisi folii & flore magnitudine non differt:

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

cam quòd florem culmo spicę similitudine sustineat, vulgus pharmacopolarum spicatum, nos ex eo *espic*, vel *aspic* nominamus. Vtrumque autem nardum Celticam appellandam esse cēsent. Cur illā, inquit, *cerfueil* appellamus? Grēcē, inquam *υγρόφυλλον* dicitur, quòd eius folia cùm exarescunt, luteū ceræ colorem imitantur, & *cerophyllum* à Latinis. Illam quam cernis, inquit, betam Latini vocant, nos *iote*, alii, vt Parisii *porée*, sed quamobrem, nescio. Turones, inquam, & finitimi populi eam *iote*, prioris syllabæ be in io mutatione: quanquam sint qui à literæ Græcæ iota similitudine cùm in caulem crescit, cam à nobis ita vocatam es se velint. Vtrumque, inquit, probabile est. Sed cur eam Parisii *porée* vocant, à Græco *πόρρον*, quod herbam significat. Ita genus ad speciem transtulerunt. Pergratum, inquit, mihi fecisti. Scrupulam enim mihi euelliisti ex animo, qui me diu Lutetiæ torsit. Viam paulò antè dixisti, quā nos *gyroflée* vocamus, sed quis sit eius ortus, prorsus ignoro. Sic à nobis, inquam, appellatam arbitror, à Græco, quasi *υγρόφυλλον*, quòd eius folia in orbē per frondes, vt cernis, crescāt. Hoc, inquit, animaduerto & cerno, eoque
quām

quām anteà lētior, quòd nunc demum eius vocabuli originem didīci. Cur cepā *onyon*, siue *oignon* vocemus, hesterna disputatione dixisti, à Grēco enim *υρόμυνωρ* ortū esse voluisti. Sunt tamen, inquam, qui ab vnione appellatā esse volunt, sed Græcum verbum mihi spectasse non videntur. Idē mihi quoque videtur, inquit. Sed eidem mihi Latinū hoc totum quod vitē sustinet, pergulam, nos *treigle* vocam⁹, nostrū ab illo Latino or tum non videtur. Imò verò, inquam, à Latino, p in t mutatione. Itaque cùm g *treigle* scribendū est, quanquam à retis similitudine, quam palis vel perticis inter se nexis præ se fert, ita appellatā à nobis pergulam, quasi reticulum existimo. Nā si t quod tertium est præponas, & c in g mutes u detra esto, *treigle* existet. Hinc reticulatas fenestras ab auferendi casu reticulis *fenestres*, a *treiglis*, vel oīno *treiglis* vocamus. Perspicio, inquit, vel in hoc verbo nostro, q̄ longè ab origine originisq; inuentione discedamus, q̄ ea nō spectata, tā corruptè deprauatéq; scribam⁹. Eodē modo, inquit, vt opus illud elaboratū retis similitudine in eo vestis genere quod Latini thoracē, q̄ thoracē ac pectus tegat & muniat, dicūt, nos *propoinct*, vel *porpoinct*

N

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

vocamus *treiglis* & *du treiglis*, à reticuli forma impressa, à nobis appellatur. Illud autem vestis genus *porpoinct* vocamus, à Græco πόρπη, quod monile, fibulam, ac bullam declarat, quod in eo quondam id quod nostra etiam memoria fit, monilia, fibulæ, bullæque annecterentur. Luxum, inquit, nostrorum hominum narras, qui iam tam effusus est, ut Cato quisquam quæcūdus esse videatur, qui cī modum statuat. Si hīc, inquā, esset non tam narrandi aut cōmemorandi, q̄ vituperādi, aut corrigēdi locus, non deeslet Cato. Sed ad propositum reuertamur. In viñetis, inquit, vites sunt eodē ferè modo quo in horris dispositæ & ligatæ, sed ea opera nō à pergulis, siue reticulis *treigles*, sed *iouelles* vocamus: quod verbum nostrum vnde ortum sit, ignoro. Eas, inquam, vites, Varro, Columella, Plinius, aliq; qui de agricultura scripsierunt, iugatas à iugi forma nominant. Ex quo nostrum illud ductum est, quasi iugales dicantur. Si enim g detrahas, & o inter i & u, vt ferè sit, interiicias, & a in e mutes, *iouelles* existet. Iugum autem hoc loco nō ea aratri pars intelligitur, quæ iungit & quasi iugat boues, quæ à Latinis iugū, & à nobis *ion* appellatur, sed id quod T. Livius describit,

cius

ei⁹ enim formā & speciē præ se fert id, vnde iugatæ vites dicūtur. Ex eo etiam furcas & crucis in quas fontes aguntur, *gibet* nominamus. In patrīo enim casu iugi, posterior syllaba verbi nostri est prior: illius autem prior si u in b mutetur, proximè ad posteriorem nostri accedet. Isto, inquit, paēto multa nobis licebit arbitratu nostro finge-re, si quæ p̄ima est verbi syllaba, vltima, & cōtrà, si extrema prima fit. Hoc, tu, inquā, perinde affers, quasi non hesterno sermone inter nos conuenerit, quid in originis verbōrū inuentione quæratur, nec in aliis verbis quæ clarissima sint, id fiat: quod videris reprehēdere. Vnū tantūm proferā eiusmodi, quod rem perspicuam faciat. Nos *riglyce* dulcē radicē vocamus à Græco γλυκύρηζα, & tamen tertiam Græci verbi syllabam in nostro primam facimus. Hoc, inquit, exemplum, nō solūm rem illustrat, verūm etiam me ac multos eorum qui hæc tua legent, quoniam ea es editurus, ad subtiliūs indagandam verborum nostrorum originem excitabit. Sed vt ad vitē reuertamur, iugū adminiculum cōiunctū esse dixisti: simpli-cium autē quæ nos h̄ic *chaniers*, *Parisiſi eschā-lats*, vel *escharats*, alii *pieuds* vocant, quænam

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

est origo? Hesterno, inquā, sermone verbū illud, quo Parisij adminicula interpretantur, à Græco χελάξ ortū esse dixi. Itaque non per t, sed per c & s eschalacs scribendum est. Nostrum autem vel ab eodem paucis mutatis literis ortum est, vel à quercu quam ar borem chesne, vt scis, interpretamur, quod ex ea materia fiant. Vtrumque, inquit, probabile est. Quod verò, inquam, alij pieu vocant, à Latino ortum est. Pedamentū enim adminiculum vitis etiam dicitur, & pedare siue impedare, vitem in pedamento fulcire: ex quibus verbis nostrum illud quod initi appuicr interpretamur, ductum est. Itaque id quod alios pieu, aīs dicere, quasi appui, id est, fulcimentum declarat. Genus autē, inquit, salicis vtuntur, quo vites ad pedamentum & adminiculum deligātur. Id cur nos plom vocamus? à Latino, inquam ortum est. Plicare enim plier, & ploier dicimus: hīc explicare vim ingēs, siue rem complicatam: vt vexillum deploier, & replicare reploier, & applicare, nō solūm appliquer, sed etiam emploier interpretamur. Itaque quoniā vimen flexibile est, plom & plomier torum fruticem appellamus. Hoc mihi, inquit, subtiliter scrutatus esse, inuenisseque videris. Ego, inquam,

inquam, cogor, non solum à Græcis, sed à Latinis etiam verborum nostrorum ortum repetere. Eò enim me venire cogis, & quasi in diuerticulū de via defletere. Non me, inquit, istius erroris tui pœnitet, præsertim cùm non tam verborum nostrorum, quæ à Græcis ortum habent, quām quæ à Latinis mihi iucūda sit origo paulò obscurior. Sed ad colores vnde digressi sum⁹, reuertamur. Mihi quidem videtur idem color in diuersis rebus, vt in vinis & hominib⁹, & equis, tum à Latinis, tum à nobis multis variisque nominibus explicati. Rufum enim hominem *roux* & *rousseau* dicimus, lanā *rousse* non dicimus, sed *drap tanné* potius nos, cuius verbi nostri ortus quis sit, velim exponas. Non erras, inquam, omnino, & planè, sed quadā ex parte: colore autem illum quem dicis, nos *tanné* vocate à castanearum colore nō nulli censem, castaneūmque appellari à Latinis volunt. Ego verò non ineptè appellari posse arbitror, à colore eo qui in corticibus virgultorum cæduæ syluæ appetet, qui ex eo à coriariis *tan*, vt scis, vocatur. Et profectò color ille multò est quām castanearū saturatior. Itaque castaneus color is est potius quem nos *tanné brun* nominamus. Col-

N iii

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

rem autem hunc quem *brun* dixi appellari à nobis, in lana absolutè ac per se non dici-
mus, in hominibus dicimus. Vnde autem,
inquit, is ita appellatus est? Ab umbra, in-
quam. Umbra enim colores atrore quon-
dam afficit: videturque in umbra obscurio-
ra & nigriora omnia. Ortus, inquit, huius
coloris nō tam subtiliter à te inuētus est, q̄
verè traditus. Quē autem *cendré* vocamus, à
cinere appellatū existimo. Ita prorsus, in-
quam. Itaque cinereus à Latinis, vt à Græcis
~~αιωνοειδής~~ vocatur. Est etiam, inquit, color,
qui à nobis *gris* vocatur, qualis in barba cū
canescere incipit, apparet: eum tu vnde ita
appellatū à nobis censes? Eum, inquā, non-
nulli leucophēum, id est, ex fusco albicantē
vocari volunt. Nostrū autem verbū à κέρας,
id est, ordeo, & panis ordeacei colore ortū
est. Eum enim panem *pain gris*, vt scis, voca-
mus, nisi fortè à crinis nomine, quod Latini-
num est, ortū tibi videtur. Eadem enim in
utroque verbo prima est syllaba. Hoc, in-
quit, posterius, tam probabile, q̄ superius il-
lud multis videbitur. Sed quē tibi origo vi-
detur eius quē *bureau* & *bur* dicimus? Is, in-
quam, in lanis maximè, vt scis, spectatur,
quibusdāmq; animalibus, vt in felibus. Ita
est,

est, inquit, sed originē à te postulo. Eā, inquam, aliis locis Græcā esse docui. πυρέψη enim, vt Quintilianus & Festus Pōpeius confirmant, veteres rufum dixerunt. Itaque buculam burrā vocabant. Non est, inquit, dubium, quin à Græco nomen hoc nostrū ortum habuerit, præsertim cùm eius rei tam graues authores pferas. Quid verò de eius ortu sentis, quē nos *pers* vocamus? Ortū, inquā, verbum hoc nostrum arbitror, quēadmodum etiā alio loco exposui, à Græco eo quo Græci viridem colorē πράσινον à porro nominant. Et certè porrum cùm senescit ad colorem quem *pers*, vt ais, appellamus, videtur accedere. Itaque veteres cæruleum mare à colore cæli vocabāt, cùm cæruleus viridis propriè dicatur. Sæpe, inquit, admirari soleo, cur eos colores qui pallorē præ se ferūt, atque adeò res ipsas *ochre* dicamus. Id quoque, inquā, interdum miratus sum, tum cùm Græcarū literarum ignarus, verborū nostrorū ortum exquirerē. A Græco ortū est. ὁχραπ enim id vocāt. Pergratū, inquit, mihi hoc loco fecisti, patrue, sed gratiūs feceris, si permixtos colores, cur multis nominib⁹ appelllemus, explicaueris. Nābi garrēe, vestē, & hos flores quos video, *puerés*

N. ivi

IOACH; PERION. DE LINGVÆ

dicimus. Illud, inquam, prius à bis & vario
 appellatū est. solemus enim interdum pri-
 mæ literæ verborum quæ ab i incipiunt, g
 præponere, vt docui: posterius autem à pa-
 pauerum florum colore quasi papaueratū
 diximus, nisi fortè etiā à bis & vario dictū
 est, vt bi pi mediç intenuem ea quā dixi mu-
 tatione, pronūciemus. Vtrumque mihi, in-
 quit, pbabile videtur, sed nescio quo modo
 posterius libentiùs amplector.- Ea ferè quæ
 siui quę de colorib⁹ in mentē venerūt. Nūc
 de auium nominum ortu aliquid velim di-
 cas. Ardeam *heron* vocamus, sed verbū hoc
 nostrum à Latino longè discedit. A Græco,
 inquam, vt Budæus etiam monuit, ortum
 est. ἐρωδιός enim Græci appellant, ex quo
 vocabulo si diq detrahas, & lenem spiritū
 mutes in asperum, *heron* existes. Mergū, in-
 quit, *plongeon* appellamus, quām longè à La-
 tino discedentes. A Græco, inquam, πλύνειν
 id est, lauare, verbum nostrum *plonger* ortū
 est, id est, mergere. Hinc mergū *plongeon*
 dicimus. Est quoddam accipitrum genus, cu-
 ius feminam *cercerelle* hīc tatūm vocamus,
 marem autem *pitriou*: horum nominum no-
 strorum quænam tibi origo videtur? Latini
 inquā, querquedulā siue marē siue feminā
 vocant,

GALL. CVM GRÆCA COGNAT.¹⁰¹
vocant, cauda, quæ Græcè cercos appellatur, à quo verbo illi cercnon illud accipitris, ut opinor, genus, vel à *κέρω*, id est, à angce, quam multam & insuauem mittit, vocarunt. Ac plerique nostri homines vtrunque, ut vocant, sexum, quemadmodū paulò antè dixisti, *cercerelle* nominant: nos autem marem, *pitrion* à nomine Latino accipitris, primis duabus detraetis syllabis appellauimus. Anatem, inquit, & marem *canart*, & feminam *cane*, per prothesin adiecta litera vocamus. Ita est prorsus, inquā, gaudéoque te hoc præceptum meum tenere. Pulli autem, inquit, anatum, qui nondum iustum magnitudinem vt anates dicantur, nasci sunt, non perinde scio, aut explicare possum, vnde à nobis *allebrent* sint nominati. Græca, inquam, hæc origo est. Βεάνδος enim, à Græcis anas vocatur, & quoniam masculini est generis articulum ó primum pronunciatum esse arbitror: deinde mutatum o in a & l ascitū, vt *albrent* diceremus. Quid etiam de illa nostra mutatione sentis, qua cùm Latini marem & feminā anserem vocent, nos tamē feminam tantùm *oie*, marem autem *ger*, vel *iar* dicimus? Hæc, inquam, fuit eorum qui primi rebus nomi-

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

na imposuerunt, voluntas. marem autem sic vocarunt, vel à Græco χήν, χ in g mediā mutato, vel à Latino i ad primam verbi litteram adiectione, vt *iār*, n, s & e literis dicceremus. Gallum, inquit, nos hīc *gau* à Latino vocamus. Parisij autem, vt cūm Lutetiae essem, animaduerti, *coq* vocant, sed unde, non mihi constat. A Græco, inquam, ita nominant. *κοτός* enim gallus appellatur, à crista quam in capite habet. Columbam, inquit, nonnulli *coulon* vocant: nos autem cur *pīon* vocemus, ignoro. à pipione, inquam, verbo barbaro, vt mihi videtur, quo tamen nonnulli vtuntur, ortum est. Itaque vulgo corruptè per g scribitur, cūm per i duplex scribendum esse, origo ipsa declareret. si enim p alterū tollas, *pīo* remanebit. Philomelam, inquit, verbo Græco appellant Latini, eam auem quę à nobis *roscignol* dicitur, quæ verba nullis inter se literis consentiunt. A Latino, inquā, luscinia nostrū ortum est. Lenim sæpe in r mutari docui. Sed proprior origo est ab eo quod diminutiuum grāmatici vocant, vt si lusciniolam dicamus. Itaque peccatur etiam in hoc vulgo, dum per duplex s̄ scribitur. Apem, inquit, plerique ex nostris *mouche à miel* vocant,

cant, nos *abaille* dicimus. Est' ne hæc origo Græca? Minimè, inquā, sed Latina. Quod, vt intelligas, hoc tibi persuadere debes, multa nos vocabula à Latinis quæ diminutiua vocantur, trahere, quæ rem perfectam significant: vt ab acicula, quæ parua est acus, perfecta acus *agouille*, ci dempta syllaba à nobis dicitur, vt ab ouicula ouis *oueille*: vel per g potius *ouegle*, nam c in g, vt scis, mutari solet: vt ab auricula auris *oreigle*, vt à cultello culter *coulteau*. itémque alia innumerabilia vocantur. Sic ab apicula apem *abagle*, p in b medium mutatione dicimus. Quoniam, inquit, de accipitrum generibus pauca antè dixisti, velim dicas cur genus quoddam *autour*, alterum *sacre* vocemus. Illud, inquam, à Latino: vultur enim dicitur: hoc à Græco appellauimus. cenchris enim vocatur, nisi forte à Latino, quod Græcum interpretatur, ortum est. ἵψη enim etiam Græci nominant, quod sacrum Latini interpretantur. Multæ autem, inquit, à voce quam edunt, nomen habent, vt bubonem, quem nonnulli *hibou* à Latino vocant, alij *chahuen*, nos *chauan* vocamus: noctuam etiam alij *chuette* vocant, nos *cheueche* dici-

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

mus. Vpupam etiā à cantu *puput* vocamus, alij à crista *huppe* nominant: alias à colore ut chlorius, quòd viridis sit, à Græco *lorio* vocamus. picum *pic*, sed propter colorem *puerd* appellamus, quasi vno nomine cùm duo sint, vt si Latinè *picus viridis* nominaretur. Eam etiam auem quæ æstate nomen suum cātu suo prodit, & *cocu* nos vocamus, alij *coucou*, à Græcis à cantu dictā, nos quoque appellauimus. Sed nomen Græcū suū Latini fecerunt. *κόκκυξ* enim à Græcis, & à Latinis *coccyx* dicitur, sed nos Græcā pronunciationem in c retinuimus. Eam enim literam in hoc vocabulo vt K pronunciamus. Si vis ab auibus ad bestias veniemus. Vt videtur, inquit. Nā nec de auibus quicquam in præsentia quod ex te quæram, mihi occurrit, & pauca de bestiis libet quære-re. ouem, nos hic, vt scis, *brebi* vocamus, cuius verbi originem nunquam inuenire potui. Græcam eam, inquam, esse hesterno sermone dixi, quod tu scilicet aliud cogitans, minimè notasti. An tu me, inquit, ea memoria valere existimas, vt omnia tenere possim? Mithridatis opus esset, aut Crassi. Mihi satis est, si modò paulò doctior paucis ex multis perceptis, abs te discessero.

Itaque

Itaque velim eandem repetas. Si mihi omnia, inquam, quæ hesterno die explicaui, repetenda sint, actum, quod aiūt, agemus. *περβάτων* Græci ouem vocant, à quo verbo nostrum nos *brebis* in b mediam mutatione diximus. Hoc, inquit, nomine ferè feminas, ut scis, appellamus: mares autem alios *moutons*, eos quibus testes exēcti sunt: alios *beliers*, eos quibus nō sunt exēcti, vocamus. Id scio, inquam, atque si horum verborum nostrorum ortum requiris, illud à membro dictum est. hinc mutonatos veteres dixerunt eos quibus insigne erat membrum: illud autem à Latino verbo arietis ortum est Coloni, inquit, & mercatores totū genus ouium vno appellant nomine, id est, *omaille*, cuius originis me ignarū esse profiteor. Græca est, inquā, vel à nomine *μαλλή*, quod vellus significat, ut paulò antè docui, vel à *μῆλος*, id est, ab oue, *μῆλον* enim ouis etiam dicitur. Eum autem, inquit, qui oues pascit, vnde à nobis *bergier* appellatum esse censes? Ab eo, inquam, verbo nostro quod à *περβάτων* modò ortum esse dixi. Nam ex *brebi*, *bergier* factum est, nisi forte verbum Græcum *βύργιος*, id est, *bubulus*, à bubus ad alia, ut apud Græcos, sic a-

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

pud nos translatum est. In vno, inquit, bestiarum genete multa quæ mihi, & vt spero, multis obscura erant, explicauisti. Nūc ab ouibus, id est, ab asinis ad sues te volo descendere. Nihil, inquam, mea refert, quò me voces, dum modò id quod his sermonibus nostris mihi propositum est, tibi gratu faciam. Sed quid in hoc, tam in honesto generi tibi gratum facere possum? Non ut mihi, inquit, suillas, quæ quondam immundæ erant, des rogo, sed ut exponas, cur suis catulos iam grandes *gorins* & *goignons* nostro sermone appellemus. Faciam, inquam, vt intelligas. Vtriusq; verbi Græca atque eadem est origo. *χοίρος* enim porcus est Latiné. hinc *χοίρων* catulus, *χιν* g medium mutato, atque i priore loco & o detracto, *gorin* primùm, deinde si priore i retecto, r in numeris *goignon*: & si g interiicias, *goignon* habebis. Laetentes, inquit, nos, vt scis, *cochons* vocamus. Huius, inquā, verbi idē ortus est, qui superiorū, sed *χιν* c tenuem mutatur. quanq; à Latino accusandi casu porcum, pia c mutato, & r dempta, ascita aspiratione *cochum* erit, & à porca, *coche*, feminam enim sic rustici laetetem vocant. Matrē autem vocari à nobis, à sue, s in t & r mutato

tato, arbitror. Marē enim qui castratus nō est, à verre Latino verbo, *verra*, vt scis, vocamus. Si nihil est quod præterea de porcis queras, & aliquid de equis desyderas, licet. Benè, inquit, mones. Sed pauca hoc loco à te postulo. Equum enim cur *cheual* appellemus, tantū velim dicas. A cabalo, inquā, id nomē nostrū ortū esse nōnullis placet. Mirū autē cur equam *iument* vocauerimus, præsertim cū iumētū vnde illud nostrū datum est, totū genus cōtineat bestiarū quæ onus gestant: & cur fœtus equorū *poullains* nominauerimus, cū pulli, vnde ita appellati sint, aliorū quoque sint animaliū. Huius, inquit, aliqua ratio afferri potest, q̄ prestatia sit in equis: illius nulla mihi afferri posse videtur omnino, nec video quid is qui primushoc nomē equę apud nos imposuit, spectauerit. Sed nō perinde mihi cōstat, cur bestias certas vt mulos & mulas, cū genus quoddā incedendi quod à naturali diuersum est, curatorū diligētia assueuerunt, *besties d'amble* vocemus. A Græco, inquā, ἀμβλύνω, quod siue tardo & frango significat. Incessus. n. corū hoc ipso retardatur & retūditur ac frangit: siue hebes reddo & obtūdo, q̄ ingressus ille à recto deflexerit, aīalia illa sic appellata esse arbitror. Hui⁹, inquit,

IQACH. PERION. DE LINGVÆ

verbi ortum non tam acutè q̄ verè inuenisti, mea quidem sententia. Cætera ferè nomina quibus bestias appellamus, à Latinis orta esse video. Murem tamen velim exponas cur *rat* nominemus. maiorem murem, inquam, hoc nomine appellamus à postiore Latini nominis syllaba, quæ in obliquis casibus quos vocant, inuenitur. Minorrem enim *souri*, à Latino *sorex* vocamus. Eos verò, inquit, qui mures capiūt, & à Latinis feles appellantur, cur *chats* vocamus? Cati, inquam, à veteribus vafri & versipelles dicebantur, ex quo nomine nostrum illud ortum esse arbitror, quòd feles admodum cauti vafrique videantur. Sylvestre, inquit, & agreste est genus quoddam feliū, qui à nobis *chats pitoés* dicuntur. Est, inquā, & valde infestum est cuniculis. Ita autem à nobis appellantur à Græco pithecus, quod simiam significat, quòd ad eorum ingenium videntur accedere. Nunc aliis, inquit, prætermisis, quæ ferè nota sunt, vt quicque mihi in mente veniet, ita velim respōdeas. Ac primum de origine eorum nominum, quibus prandiū & cœnam interpretamur. Prandium, inquā, *dipner* appellamus à Græco *δειπνον*, quod cœnam apud Græcos proprie-

priè significat. cœnam autem *souper* vocamus, vel à Græco μονοφαγία, quòd soli ederent, de qua veterum consuetudine Athénæus primo loco differit: siue à Latino *vesperna*, quod, vt ait Festus, apud Plautum pro cœna accipitur. Nam si s̄ cum o præponas, vt sit in ὑπό, & vltimā syllabā dempseris, *souper* existet. Inter cœnam, inquit, nonnulli interuenire solent, ludēdi causa, quos nostro sermone *mommens* vocamus. Ita est, inquit, atque hoc verbum totū Græcum est. μωμένοι enim larvæ appellantur à Græcis. Quoniam, inquit, in cœna homines ridere alij alios solent, & iocari, dices hoc loco cōmodè, cur iocari, & dicere *gau-dir* & *mokker* vocemus. A Græcis, inquam, hæc orta sunt, Ψυγωθεῖν prima syllaba dēpta, & μωκκᾶθαι. Nam quod eadem in re *blasphemer* dicimus, à verbo βλασφημᾶν ortū est, quod interdum idem quod cōuiciis afficere declarat. Quod verò *railler* appellamus, à ridendo sumptum est, vel à Græco γελᾶν. Quod verò non solum in ludis ac lusionibus, sed etiam in aliis rebus esbatre solemus dicere, idem animi voluptatisq; causa aliquid facere, id à Græco αὐταρταλῶν, id est, deliciari habemus, e more nostro præ-

O

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

posito, & p in b mediā mutatione. Crebrò, inquit, obiurgare *tenser* interpretamur, cuius verbi nostri nunquam ortum inuenire potui. Totum, inquam, Græcum est. ἐπιτιμήσαι enim increpare dicitur, à quo si adi præpositionem detrahas, & i in e mutes, & de mpto, *tenser* ferè manebit. Quid de illo, inquit, sentis, quod ferè in rixis & altercationibus in ore habemus, cùm rixam ortam *noise*, & rixam cōcitare aut cōmouere, exciter ou faire noise dicimus? Hoc, inquā, νοσήν & νόσος dicitur. νόσος enim non solū morbus, vt vulgò putatur, dicitur, sed etiā omnis animi perturbatio. Sed dici tempus nos vt abeamus, admonet. Si quid est prætereà, quod percunctari placeat, manè per me licebit. Ita discessimus.

IOACHIMI

PERIOMNI BENEDI-

*Etini Cormœriaceni dialogorum de
lingua Gallicæ cum Græca
cognitione liber
quartus.*



Vni manè de iis quæ reliqua
erant disputaturi conuenisse-
mus, eo temporis puncto quo
res de qua disputaremus, po-
nebatur: aliquem grauiter fores pulsantem
audiuimus. puer citò currens Antoniū Pe-
tri fratrē, qui minor est natu, adesse nūciat.
Is autem statim consecutus, cùm me atque
fratré salutasset, quid hīc, inquit, inter vos
agitis? Vereor ne molestus interuenerim,
qui inuocatus vobis fortasse de rebus seriis
differentibus, quibus me interesse nolitis,
accedam. Nihil est, inquam, quod vereare.
nihil enim inter nos agitur, cuius non par-
ticeps esse possis. Nam de lingua nostræ
Gallicæ origine, eiūsque cum Græca cogni-
tione iam triduo disputauimus, atque hic
jam quartus est dies qui, ut spero, idem ex-
tremus erit. Grauiter, inquit, acerbéque fe-

O ii

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

ro, me superiori sermoni nō interfuisse, & tam serò venire. Serò, inquit Petrus, satius cest venire, quām nunquam. Tua, Antonius inquit, culpa est, frater, qui me certiorem minimè feceris. quòd si Lucas heri ad te animi laxandi causa non adiuisset, hodier-no etiam sermone mihi carendum fuisset. Quænā, inquit Petrus, tibi iusta causa culpandi mei est? an te huius rei cupidum esse diuinare potui? Tuum, inquit Antonius, fuit saltem admonere. Tēpus, inquā, abit, dum inter vos concertatis. Itaque prætermissis vestris cōcertationibus ad rem quæ nobis est proposita, veniamus. Vobis nunc licet ex me quærere, si quid est, quod vos torqueat. Tum Antonius, quoniā, inquit, superioribus sermonibus Petrus frater arbitratu suo quę voluit, posuit, nunc mihi vi- cissim hoc munus eum æquum est conces- dere. Facilē, inquit Petrus, patiar, sed vide-to, ne tu, qui adhuc absuisti, in multa quæ triduo iam disputata sunt, incidas. Vix, inquit Antonius, hoc vitare potero: quòd si fortè accidat, à te vel à patruo admonitus, in viam redibo. Atque utinam eadem tibi, patrue, repetere liceat. Iā non licet, inquā, ne ocio abusus esse videar, si eadem bis dicam,

cam, aut ne ordo perturbatus esse videatur. Ea tibi vel ex fratre discere, vel legere, cùm erunt edita, licebit. Mihi quidem semper, inquit Antonius, valde mirum fuit, ex quo iudicio aliquo valere cepi, quid sibi vellent articuli quibus abundat sermo noster in perpetua etiam oratione: præsertim cùm eis Latini non vtantur, nisi in nominum participiorumque inflectionibus. Græcos, inquam, vt aliis plerisque in rebus, sic in hac imitamur. nec verò solùm in eo eos imitamur, quòd articulos, vt illi, adhibemus, sed etiam quòd nostri ab illorum articulis videntur habere originem. Quod quòd vobis faciliùs persuadeam, singillatim nostros cum illorum conferam. In virilium quidem nominum recto ὁ illi dicūt, nos *le* his temporibus & locis dicimus: multis autem locis *lo* dicunt, vt *le diable*, *le chien*, diabolus, canis, adiecta Græco articulo l litera vocalitatis gratia pro aspiratione. In patre autem casu evidentior est imitatio. Ut enim illi τς dicunt, sic nos *dus* dicimus, τ scilicet in d medium mutazione. Id'que hinc etiam facile intelligi potest, quòd rustici qui naturalem pronunciationem retinent, *dou pain* & *dou vin* di-

O iii

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

cunt. Hoc loco Petrus, hoc inquit, probè intelligo & concedo, qui te docentem quæ literæ in quas mutari solitæ sint, & cur, adhuc audiuerim. fratrem autem intelligere non arbitror. Ad hæc Antonius, libenter, inquit, à te peterē, patrue, vt quod de τ in d mutatione dixisti, explicares: sed vereor, ne orationis tuæ cursum impediam aut retardem: præsertim cùm id tibi molestum esse ostenderis. Hoc, inquit, quod rogas, nō grauatè faciam: præsertim cùm paucis absoluī possit. Tres sunt mutæ θ & η & τ, quarum θ media reliquarū dicitur, quòd medium sonum, id est, utriusque participem obtineat. Earum autem aliæ in alias certis in vocabulis non solum apud Græcos & Latinos, verùm etiam apud nos, dum ab il lis vocabula transferimus, vertuntur. Hoc, inquit Antonius, te nobis exponere solitū memini, cùm primis literis Gr̄corum nos institueres. Proinde perge, vt cœpisti. Eadem est, inquam, ratio illius alterius articuli de, quem certis nominibus necessariò pro illo du adiungimus. Nunc ad dandi casus articulos numeris singularis veniendū est. Duplex est, vt probè scitis, a & au, quorum utrumq; à Græcis τ litera detracta mutuati sumus.

sumus. $\pi\omega$ enim illi dicunt, à quo si, vt dixi,
 τ auferatur, o remanebit. Nos autē morem
 Latinotum, qui *au* in *o* & contra *o* in *au* mu-
 tare solent, secuti, pro *o au*, & u dempto, a
 dicimus. Exempla si requiratis eius mutationis
 generis vobis satisfacient. In accusandi casu
 eosdem quos in recto, articulos adhibemus. In vocandi casu o nobis est cum Græ-
 cis Latinisq; communis. In auferendi casu
 patrij & dandi articulos adhibemus ferè,
 q; Græci pro hoc casu quo carent, interdū
 dandi, interdum gignēdi casibus utuntur.
 In patro casu speciem tēporis quo quicq;
 facti dicitur, ponunt: Latini autē auferen-
 di casu utuntur, vt *vuk̄s ēcōs dānā*, nocte si-
 ue noctu studi: nos auferendi casum illū
 Latinorum cùm interpretamur, articulum
 patrij casus adhibemus. Dicimus enim, *g' ai*
estudié de nyct. Eorundem nominū, id est,
 virilium numero multitudinis articulos,
 magna ex parte à Græcis mutuati sumus,
 non quidem à multitudinis, sed à singu-
 laris numeri articulis ducta origine. Nam
 s literæ ad extremam literam additio-
 ne omnes oriuntur, vt *le* articulo, recti
 s adiecta litera *l's*, & patrij casus *de des*, &c.

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

dandi *au*, *aus*, non ut vulgò scribi solet, *aux* per x nascitur. Hoc loco Antonius, Cur articulum, inquit, dandi casus numero multitudinis per s, non per x, ut vulgò fit, scribendum putas? Quòd cæterorum, inquam, eiusdem numeri casuum articuli per s citra controversiam scribūtur: quódque nomina ipsa tam Græcorum quam Latinorum in his ipsis casibus per s scribi solent, quamcunque ad inflexionem pertineant. Semper enim, ut hesterno eoque superiore sermone dictum est, spectanda est origo unde aliquid ortum sit, ut rectam scribendi rationem disciplinámque teneamus. Si enim nō spectabitur, nihil certum habebimus quod sequamur: sed ut cuique videbitur, scribentur omnia: ex quo magna in artibus sequetur perturbatio. Quod quidem præceptum notare debemus. patet enim latissimè. Sed quid, Antonius inquit, si quis tibi consuetudinem opponat? Tenes, inquam, quid Quintilianus consuetudinē vocet, id est, si de literis agatur, doctorum consensum. Itaque si quid doctorū consensu approbatum non erit, nō vim habet consuetudinis. Intelligimus, inquit Petrus, mentē tuam, ut pro fratre respondeā.

Proin-

Proinde eò vnde digressus es fratris opera,
reuertaris per nos licet. Quod, inquam, de
virilium nominum numeri multitudinis
articulis dixi, id etiam de femineis neutrīs
que intelligendum est. Idem enim sunt, vt
scitis, articuli omnium. Quod autem atti-
net ad muliebrium singularis numeri arti-
culos, recti quidem articulum qui idem ad
accusandi casum accommodatur, à Græcis
iis qui Dores dicuntur, linguāmque vnam
earum quinque tenent, quæ apud Græcos
celebrantur, mutuati sumus. Ii enim non
solùm in nominibus, sed etiam in articulis
femineis & in a mutare solent, vt quod ἡμὴ
honor à cæteris quatuor populis dicitur,
ἡμὶ pronunciant. Eorum nos imitatione
a in recto dicimus, sed l vocalitatis causa
adiecimns, vt la diceremus: veluti la femme,
id est, femme. In dandi casu eundem l de-
tracto retinim⁹. Dicimus enim, ge l'hai dō-
né à Ioanne. i. ego Ioannæ dedi. In patrio τῆς
Græci dicūt, nos s detracto, & in e primum,
vt solet, deinde τ in d mediā mutauimus,
vt de diccremus. Neutrorum eadem est quoç
virilium ratio. Nam & ex ῥ, le factum est,
quod nōnulli etiam lo dicunt, & ex τῷ, d'ou
primum (hoc enim rustici nunc etiam pro-

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

nunciant) deinde *du* more Latinorum: & ex τῷ, o primum, deinde *au* extitit. Atque hæc mea est de articulorum nostrotum ex Græcis origine sententia. Si quid hoc libro præterire vobis videar, vestrum est suggerere. Tum Petrus, mihi quidem, inquit, videris, & accommodate ad institutum tuū, & aptè ad veritatem hæc tradere, quod etiā fratri videri existimo. Ita est prorsus, inquit Antonius. Sed alia sunt prætereà quæ à te patrue, requiro. Discriminis causa nos sæpe cùm de quibusdam loquimur, quorū nominæ eadem sunt, vt de quo loquamur, intelligi possit, hoc modo explicare per articulum solemus, *Pierre le feure*, id est, Petrus faber, quod Latini non exprimunt. A Græcisne id dicendi genus habemus? Est planè Græcum, inquam. Sic enim loquuntur, Ρέξος ὁ τέκτων, id est, Petrus is qui est faber, & Παῦλος ὁ ἀπόστολος, Paulus apostolus, nos *Paul l'apôstre* interpretamur. Adduntne etiā inquit, articulos iis nominibus quę adiectiva grāmatici vocant, in cursu & cōtextu orationis, sicuti solemus? vt cùm dicimus, *le bon laboureur fait ceci.* 1. bonus agricola hoc facit. Addunt, inquam. Sic enim loquuntur, ὁ ἄγαρος γεωργὸς οὗτος ποιᾷ. *Quinetiā articulū nonnun-*

GALL. CVM GRÆCA COGNAT. no
nonnunqu nomini ei quod substantium appellant, priore loco preponunt, veluti, vt in
codem exemplo illustrade rei gratia manea,
ογεωγδς ἀγαθος τρόπος ποιεῖ: quod etiam nos, vt
scitis, imitati sumus. Dicimus enim, *le labou*
reur honeste, & in aliis, *l'home de bié*, *l'home iuste*
& equitable. Neque verò hoc tantū in recto
fit, sed etiā in casibus, quod exemplis illustra
rem, si res postularet, aut vos requireretis.
Non est opus, Petrus inquit. Neque enim
mihi dubium est, quin si id in recto contin
gat, aliis etiam casibus fiat à Græcis. Nam
de linguaz nostraz ysu nō dubito. Hoc autē,
inquā, proprium Græci habēt, qu articulos
interdum propriis nominibus preponunt,
quod nobis nunquā licet. Nos, inquit Anto
nius, ea tantūm à te requirimus, quæ nobis
cū Græcis cōmunia sunt, non quæ illi habēt
propria. Nos interdū adiecto nomini quod
adiectium grāmatici vocāt, articulo, facimus,
vt vim substatiui obtineat, vt cùm dicimus
oīno, *le noir*, *le blanc*, *le rouge est bon à télé chafé*,
hoc ad ea omnia quæ nigra, candida, & ru
bra sunt, accommodamus. Hoc, inquam, à
Græcis mutuati sumus, qui *λευκός*, & *μέλαχρ*, pro candore & nigrore dicunt, quod
cùm indiserti interpetes non intellige -

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

rent, album & nigrum transtulerunt.
 Hoc etiam, Petrus inquit, ab illis fortasse
 habemus, quod articuli ad verbum infiniti
 modi accessione, verbum illud sermonis
 nostri consuetudine vim substantiui ob-
 tinet, ut cum dicimus, *Le dormir est dangereus*
apres dipner, le boire: le manger, le veigler, &c alia
 innumerabilia generis eiusdem. Est ita pror-
 sus, inquam. Sic enim loquuntur, τὸν ἀριθ-
 μεῖν, τὸν πίνειν, τὸν φάγειν, τὸν γενγορέειν. Quinetiam
 eiusdem adiectione aduerbia ad vim nomi-
 num transferuntur, id quod ab illis etiam
 accepimus, sed fere prepositio addi solet, ut
 cum dicimus, *des maintenant*, hoc enim εἰν τῷ
 νῦν, Græcè dicitur: & *de loing*, ἀπὸ τούτους
 & alia innumerabilia eiusdem generis. Hoc
 verò maiorem vobis admirationem exci-
 tabit, quod dicam, articulos aduerbiis adie-
 ctos efficere, ut aduerbia vim adiectiorū
 obtineant, in quo Græcos imitati sumus.
 Nam ut dicimus, *des le iour d'hui*, exēpli cau-
 sa, *ge ferai ceci*, sic illi, ἀφ' ἡμέρας τῆς σήμερον
 ἀπὸ πολέων: & quod nos in recto *le iour d'hui*,
 dicimus, illi etiam dicunt, ἀπόμερον ἡμέρα. I-
 témque quod cum præpositione dicimus,
Jusques au iour d'hui, illi dicunt, μέχει τῆς σήμε-
 ρον ἡμέρας. In quibus *hui*, ut scitis, idem quod
 hodie

hodie efficit, cui *de* articulus adiungitur, sed e per apostrophum detractum est. Hoc loco, Antonius, si nihil superiorib⁹ diebus, inquit, de apostropho dictum est, quoniam creber est eius apud nos usus, de eo velim hodie dicas. Nihil, inquam, dictum est à nobis. Itaque licebit tibi hoc absoluto loco de eo quod voles querere. Tum Petrus, s^æpe, inquit, mirari soleo, quid sit, quamobrem nos duobus modis ea quæ relativa grammatici nominant, exprimamus, cùm uno modo soleant Latini. Dicimus enim, exempli causa, *les homes qui sont venus*, & *les hommes lesquels sont venus*, & tamen Latini hoc tantummodo efferunt, homines qui venerūt. Est, inquam, hoc genus Græcorum proprium. Illi enim duobus modis id exprimit articulis iis quos quia vocabulis postponunt, postpositios nuncupant: veluti ἄνθρωποι οἱ ἐλυθάσι, & ἄνθρωποι οἱ θύες ἐλυθάσι. Hoc exempli causa protuli, ut genus dicendi de quo agimus, intelligatur. Potest enim idem, idque s^æpius participiis exprimi. Neque hoc in multitudinis tantum numero contingit, sed etiam in singulari. Nam Græci οἱ atque οἵτις dicunt, & nos qui, & *lequel* dicimus. Tum Antonius, multa tu

IOACH. PERION. DE LINGVÆ.

quidē, inquit, patrue, de articulis nostrę litt
guę acutę sapientérq; dixisti, eorumq; & or
tum & vsum ad Græcos referēs, explicasti.
In iis autem quoniam cùm aliarū literatū,
tum & aliam atque aliam pronūciationem
animaduerti. (aliter enim in articulo *de* in
singulari numero, aliter in *dēs* numero mul
titudinis pronunciabas, sicuti etiā pronun
ciamus) velim, quid illud sit, exponas. Accē
tum, inquam, eiúsq; rationem si minùs ver
bo, at certè re ipsa poscis, quādoquidem in
eo omnis illa varietas quæ te angit, cerni
tur. Hic autem locus à nemine quod sciam,
adhuc tractatus est: à multis verò quoniam
non intellectus est, perturbatus videtur. Ita
enim de eo locuti sunt quidam, quasi idem
sit accentus apud nos, quod, vt ita dicam,
syllabarum quantitas. Confundunt etiam
cū & obscurat multis locis. Tū Antonius,
Quos intelligas, inquit, prorsus ignoro, ni
si rythmicos, & alios quosdā qui inter se de
pronunciatione & recta scribendi ratione
dissentiantur. Si hesterno sermoni, inquam,
interfuisses, quo eos aliqua ex parte refelli,
non facilius quos nunc dicam, intelligere
posses. Sed primū nostra ponenda sunt,
deinde aliena reprehendenda, ne si eorum
errores

errores nō coarguantur, aliis minūs cautis obesse possint. Accētus ergo, vt apud Græcos & Latinos, sic apud nos tres sunt, acut⁹, grauis, & circumflexus. Acutus, est qui syllabam, literāmque quā afficit, attollendam: grauis, qui deprimendam esse significat: circumflexus autem vtriusque est ille quidem particeps, sed scripto tantū ab acuto, distinguitur. Hæc nos, inquit Petr⁹, docuisti, cùm primas Græcorū literas nobis traderes: quæ quorsum à te hoc loco repetantur, ignoro. Eò, inquam, & meliùs & faciliùs quæ de accentu nostræ linguæ necessariò dicturus sum, intelligetis. Acutus quidem virgula est à dextra sinistrorum versus supra vocalem porrepta hoc modo'. Grauis, est cōtrà, virgula à sinistra ad dextram descendens, hoc modo'. Circumflexus ex utroq; mixtus est hoc modo'. Omne partipium præteriti temporis duarum syllabarum quod in e exit, acuitur in extrema, vt amatus, amé, laudatus, laudé. Omne nomen duarum syllabarum quod in e dēsinit, & priorem breuem habet, in ea acuitur, vt animus, siue anima, áme. Trisyllaba & polysyllaba ferè in tertia ab ultima accuntur, vt famulus, seruiteur, officialis, official.

Excipiuntur ea quæ in *yre, ure, ife, usé, eure, & euse* exēunt, quæ in penultima cīrcūflectuntur, vt desydero, *ge desyre*, Venetiæ, *Venise*, abutor, *ge abûse*, cupida, *conuoiteûse*, procuratrix. i. procuratoris regij vxor, *procureûre*, Atque vt vno verbo multa cōplectar, nomina omnia feminine generis quæ à virilibus in *eur*, vel in *eus* exēunt, accētum in penultima habēt. Circumflexus autem is est, quoniam grauis in vltima tantùm locatur. Nomina in *ance*, & *ence* exēuntia, in penultima acuuntur, vt potentia, *puiſſence*, fœdus, *alliancē*, scientia, *sciençē*, clementia, *cleménce*, cognitio, *cognoscénce*. Quorum penultima per diphthongos ai vel oi scribitur, ea circumflectuntur in eadem, vt *lētus*, *aîſe*, Pontisara, *Pontaîſe*, ciuis *bourgois*, & *bourgoîſe*, Galla, siue Franca & Francisca, *Françoiſe*, crescere, *croîſtre*, cognoscere, *cognoiſtre*. Omne nomen cuius penultima duplii r̄ scribitur, in ea acuitur, vt terra *terre*, seruo, *geserre*, pessulum, *bârre*, fastus, *górrē*, butyrū, *bûrre*, vel *beurre*. Omne etiam nomen participiumque feminineum in e duplex desinēs, in penultima acuitur, vt fasciculus ex summis virgultis, *bourrée*, amata, *amée*, terra culta & arata, *labourée*. Hoc loco Petrus, multa
tu

tu quidem, inquit, patruē, accentus tradis,
sed cur ita faciēdum sit, non explicas. Hoc
iam faciam, inquam, & ita faciam, ut ex eo
multorum in scribendo errorē facile possi-
tis cognoscere. Accentus grauis in vltima
tantūm syllaba locatur. Acutus in vltima;
& ei proxima tertiaque ab vltima, id est, ut
vulgus grāmaticorum loquitur, in penulti-
ma, & antepenultima. Circunflexus in vlti-
ma & penultima. Ut autē internoscere pos-
sit, in penultima acutiusne accētus, an cir-
cunflexus locandus sit, hoc obseruare de-
betis, circumflexum nunquam in longa syl-
laba positione locandum esse, nec in breui,
sed tantūm in ea quæ natura lōga sit. Itaque
si ea breuis sit, aut positione lōga, acuetur,
siue breuis, siue producta sit vltima. Circū-
flexus autem nūquam in ea quę natura est,
locatur, nisi breuis vltima sequatur. Quo-
circa errant, qui, exēpli gratia, nomen ido-
li in quoouis casu apice addito circūflectūt,
& in maiore errore versantur ii qui idem in
dandi casu uumeri multitudinis faciunt: il-
li, quòd ἄθλος apud Græcos in prima a-
cuitur, hi, quòd in postrema dandi casus v-
triusque numeri longa est. Tum Petrus,
attentè, inquit, te audimus, quòd hæc nunc

P

primūm docemur. Hui, inquam, nunc pri-
mūm discitis? Nunquāmne vobis hæc præ-
ceptores vestri tradiderunt, aut vos ipsi per
vos ex libris grāmaticorum hausistis? Nun-
quā, inquit Antonius, nisi in Quintiliano,
qui hæc ita breuiter exponit, vt nisi qui di-
ligenter obseruet, intelligere non possit:
quod nobis tum nec per ætatem & iudi-
cii infirmitatem licuit, nec per præcepto-
ris qui ad alia properabat, & hæc vt minùs
necessaria, vt opinor, negligebat, officium
& prudentiam. Nam quī postea licuisset,
præsertim cùm statim frater quidem ad ius
ciuile, ego autem ad dialecticam, & ab ea
cùm etiam tū nullum penè fructum studio-
rū capere possem, ad ius ciuile, vt ipse scis,
detrusi simus? Hoc quidē, inquā, primo ser-
mone frater tuus tā citò sanctū esse non solū
questus est, sed etiam acerbè se ferre osten-
dit. Quod autem de præceptore attulisti, id
ita verum esse scio, vt hanc partem quę ne-
cessaria est maximè, ab omnibus ferè deser-
tam esse possim dicere. Quotus enim quis-
que est, qui hæc à præceptore doctus, si ro-
getur quoquis proposito vocabulo quisnam
accentus in eius syllabis locandus sit, satis-
facere & respondere possit? Et tamen res
est

est adeò & facilis, vt per paucis præceptis constet, & necessaria, vt qui eam ignoret, etiam si cæteras quæ artis sunt, teneat, vix mediocriter eruditus habendus sit. Tum Antonius, si res, inquit, tam est necessaria, quod quidem tibi dicenti & affirmanti concedere debeo, tamq; paucis, quām ais, præceptis continetur: ea nobis, quoniam ocio abūdamus, velim exponas & explices. Maiora, inquam, effecturus sum causa vestra, eoque libentiū id faciam, quòd ad multos vtilitas horum præceptorum perueniet. Quāquam autem iam magna ex parte vobis satisfeci, tamen eadem repetam, vt ratio omnis præceptorum ipsa sibi constare videatur. Acutum quidem iam dixi, vel in vltima, vel in proxima, vel in tertia ab eadem locari. Si vocabulum monosyllabum breue sit, vel productum positione, acuetur, vt *dol*, id est, dolus, *art*, id est, ars, *part*, id est, pars. Omne vocabulum duarum syllabarum, in priore acuitur, siue vtraque breuis sit, vt Latinè Deus, meus, tuus: Gallicè *mien*, id est, meus, *tien*, id est, tuus: siue vtraque longa sit positione, vt Latinè, pellex, coniunx, vertex, Gallicè *courroux*, id est, ira, siue iratus animus,

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

chartreus, id est, carthusius, *docteur*, id est, doctor: siue prior breuis sit, & longa posterior, vt Latinè cohors, Gallicè *prieur*, id est, prior: siue prior positione lōga sit & posterior breuis, vt Latinè doctor, gal. *præster*. i. v-tendum dare. In trisyllabis autē & polysyllabis, siue tres vltimæ breues sint, in tertia ab vltima acutus locabitur, vt Latinè domi nus, gal. *iesier*. i. iecur: siue tertia ab extrema longa, & reliquæ breues, vt Latinè legimus præteriti tēporis, pectimus à pecto, gal. *por-tier*. i. iānitor, *barbier*. i. tonsor: siue vltima, & ab ea tertia breues sint, & proxima extre-mæ positione longa, dum modò in Latinis non sit myta cum liquida, vt Latinè Catullus, Saturnus, gal. *Peronne*. i. Perona oppidū, *Garumne*. i. Garumna: siue vltima breuis, & ab illa secunda & tertia longæ, dum modò secūda sit positiōe pducta, vt Latinè cōtor-tus, confessus, repulsus, g. *repouſé* & *repoúſe*. i. repelle, *expulſé*, expulsus: siue tres vltimæ longæ sint quocūque modo sint, vt Latinè Romani, expulsi, expellēs, gal. *recōmendants*, id est, commendantes. Sed hoc notandum est, in Gallicis vocabulis quę in *tier* exeunt, & quatuor aut pluribus syllabis constant, duas illas syllabas extremas pro yna acci-pi,

pi, nisi tertia ab ultima positione longa sit. Itaque in quarta ab ultima accentus acutus locatur & pronunciatur, ut *héritier.* i. *hæres,* *cōquetier.* i. *ouorum vēditor,* *pāpetier.* i. *papyri confector* & *venditor.* Atque hæc de acuto dicta sint. Circūflexus autem in monosyllabis quæ natura longa sunt, tantum locatur, ut Latinè *spes, sol, res, gal. heur.* i. *prospe* *ra fortuna, cœur.* i. *cor, paour,* *pauor:* dissyllaba & polysyllaba, quorum secunda ab ultima natura longa est, in ea loca habent, ut Latinè *musæ, Roma, dormimus, venimus* præsentis temporis: gall. *seûre chôse,* *res tutæ* & *secura, couleûre,* *coluber.* In ultima verò eorum quæ duabus pluribus syllabis constant, nunquā locatur. Atq; hæc habui quæ de tota accentuum ratione ac disciplina dicere. Tum Petrus, nunc, inquit, planè id verum esse cognoscimus, quod paulò ante dixisti, hanc artē per paucis præceptis cōtineri. Atque hoc nobis gratiū fecisti, quod præcepta eadem & ad Latina & ad nostra verba pertinere docuisti. Sed hoc ex te scire cupimus, num in nostris verbis semper aliquis accentus & locandus sit & pronunciandus. Ita posterius faciendum esse censere, si id obtinere possem: Res enim &

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

ratio ipsa docet ita esse faciendum. 'Si enim eæ linguæ à quibus nostra orta est, nullum verbum habent multarum syllabarum, in quo non pronunciando accentus aliquis intelligatur, vel attollenda syllaba, vel deprimenda: cur nostra hoc ornatu carebit, aut potius spoliabitur? Et si negare non possumus, in quibusdam verbis nostris accentum esse adeò necessarium, ut co sublato plerumque aliam rem pro alia intelligamus, ut exempli causa in his duobus, *bailler*, id est, tribuere, ac dare, & *bailler*, id est, oscitare, aliisque permultis; quid est quamobrem non idem faciamus in cæteris? Quid? quod non necessitate sola coacti, sed ornatus & voluptatis causa hoc in plerisque citra controversiam facimus: an non satis argumenti est, aut ab illis auferendum esse, aut aliis cōcedendum? Quæ enim ratio est, accentum aliis concedere vocabulis, aliis negare? Aut enim nullis tribuendus est, aut certè omnibus. Nonnullis concessum esse tam perspicuum est, ut probari non debeat. Multis autem negatum esse, aut ademptum vitiosa nostra pronunciatione hinc intelligi licet, quod

quod in dissyllabis nullus exauditur, iis præsertim quorum prior est breuis, ut *Dicū* Deus, *mien*, meus, *tiēn*, tuus, *miens*, melius, quæque sunt generis eiusdem. Quod si à me quæritis, num mihi accentus in omnibus interdum seruatus esse videatur: fuisse tempus mihi videri dicam, cum pronunciaretur antè quam scilicet barbaries linguae Latinæ fines occuparet. Itaque hoc mihi dicere posse videor, posteaquam barbarie dominante Latini accentus rationem pronunciandi Latinis vocabulis obseruare desierunt, id quod in Gallia nostra etiam nunc plerisque in locis fit: iam tum nostros etiam homines in sermone nostro accentum negligere cœpisse. Quod etiam de pronunciatione possum dicere. Postea enim quam e pro a pronūciari cœpit ignorantie eorum qui alios docebant, in his verbis, panem, carnem, diem, rem, spem, aliisque eiusdem generis: in nostro etiā sermone ex eo iam tēpore verba hæc, *scîence*, *prudénce*, ita pronūciari cœpta sunt, ut si per a scriberentur. Ex quo intelligi & coargui potest error eorum, qui verba linguæ nostræ non solùm hæc aliisque eiusdem ge-

IOACH; PER ION. DE LINGVÆ

neris, sed etiā cetera, ita ut scribuntur, pronunciari censem oportere. Si enim vitiosam eorum scripturam, qui Latinè diam per ascriberent, omnes esse concederent, pronunciationemque eius vocabuli aliorūmque eiusdem generis in iis qui illa ita pronunciant, ut si per ascriberentur, omnes docti improbant, nec quisquam eorum ita verba illa scribenda censet, ut ab indoctis illis per a pronunciatur: quæ ratio est, ad corruptam & depravatam sermonis nostri pronunciationem scribendi rationē velle dirigere? Neque enim illi qui in ista sententia sunt, dicere possunt eos errare, qui ita Latina verba ut pronunciant, scribunt, nec errare eos qui idē faciant in Gallicis. Nam si eos per paucos esse dicant, si cum iis qui recte pronunciāt, conferantur: id falsum est in nostra Gallia, in qua & multo plures qui vitiosē & scribant & pronunciant, quam qui recte, hodie reperiuntur, & omnes auorum nostrorum memoria vitiosē a pro e pronunciabant. Quod si illorum omnium vitiosa pronunciatione non modo nō obtinuit, ut ita scriberetur, sed etiam ipsa ut vitiosa correta est, & quotidie in multis corrigitur: cur illud hęc nostra etiā vitiosa

vitiosa obtinebit, ac non potius corrigetur?
 Si dicant, nō esse verisimile omnes Gallos
 tam diu errasse in verborū linguae suæ pro-
 nunciatione: primùm eis rursus obiiciam
 vitiosam tam multorum Latinorum pro-
 nunciationem, quæ ad omnes penè Gallos
 auorum nostrorum, ut dixi, memoria per-
 tinuit, & hac ætate ad permultos pertinet.
 Deinde hoc dicam, in multis Gallis, ut in
 Picardis, Aruernis, Allobrogibus, Aquita-
 nis saluam & integrā hac duntaxat in par-
 te valere pronunciationem. Quām mul-
 tos enim proferre possum, qui e in iis voca-
 bulis Gallicis quæ illam literam habent, &
 què sonant, atque in Latinis? Idémque in
 aliis literis, quæ vulgò scribuntur, nec pro-
 nunciantur, ut in s, in hoc verbo *hōste*, id
 est, hospes, & cæteris eiusdem generis, fa-
 ciendum cérebo potius, id est, eas esse pro-
 nunciadas, quām istis assentiar, qui eas de-
 trahi volunt. Si enim hoc dicam, fuisse tem-
 pus, cùm ita pronunciarent omnes, ut scri-
 bimus, id dicam quod verisimile videatur:
 præsertim cùm in certis verbis & s litera
 ante t, ut in iis quæ iustum & castum in-
 terpretantur, aliisq; permultis, & aliæ nūc
 pronuncientur ab omnibus citra contro-

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

uersiam, de quibusdam magna sit inter doctos, utrum pronunciari necne debeant, dissensio. De eo autem, utrum science per ea per a scribendum esset, nunquam qui dubitaret inuentus est, duntaxat qui illud verbū Latinum scientiæ apud nos interpretari sciret. Quo magis miror esse qui non dubiteret, sed censeat & in præceptis relinquat, hoc aliaque omnia eiusdem generis per a esse scribenda ob eam causam, quod a omnes pronuncient, quod tamen non faciunt iij quos modò dixi. Quid quod eas omnes literas quæ non pronunciantur, non scribedas esse censem: an non quām parū ipsi tributere debeamus, declarat? Isto enim pacto & scelus, & scientia, aliāq; ciudem generis sine s, vel c, & alia innumerabilia & Græca & Latina verba sine iis literis, quibus à doctissimo quoque adhuc scripta sunt, licebit scribere. Nec verò si quod verbum Latinum literā habeat, quam sermo noster non habet, nec pronunciamus: idcirco si quod verbum Latinum aliquam habeat, quæ à nobis scribitur nec profertur, ea tollēda erit, ut isti volunt. Tum Antonius, quām graibus, inquit, firmisque rationibus, nec tam philosophorum, quām oratorū mōre istorū quos mauis

mauis intelligi quām nominari, sentētiam refellis. Nec iniuria, inquam. Corrumpt enim veri iudicium: & quod primū in re-
 Etē scribendi scientia esse debet, quantum est in ipsis, euertunt funditus. Quidnā est, inquit ille, id quod primum esse in hac arte vis? Si, inquam, heri & nudius tertius nostrō sermoni interfuiſſes, hoc ex me audiſſes, ſpectādam eſſe verborum cuiusluis sermo-
 nis ac linguae originem, vt re- Etē ſcribam⁹.
 Itaque quoniā sermo noster partim à Grē-
 co, partim à Latino ortū habuit: in iis ſcri-
 bendis verbis quæ ex utraque lingua fluxe-
 runt, literas retinendas eſſe quæ in primis,
 &, vt ita dicam, primigeniis illis reperian-
 tur, quo ad origo ipsa patietur. veluti, si Grē-
 cum verbum ex quo nostrum fluxit, per y ſcribatur, illud nostrum per y nō per i ſcri-
 bēdum eſſe: si per i ſcribatur, i nō y eſſe re-
 tinendum. Quod etiam de e, f, z, x, aliisque
 litteris iudicandū eſt eodē modo. Quocirca
 eorum errorem coargui & improbaui, qui
 tam crebrò y in nostris vocabulis ſiue in
 concursu vocaliū, ſiue in verbis oppidorū
 extremis ſcriberēt. Eadē eſt ratio e literæ,
 cui⁹ cauſa huc delapsi ſum⁹, in qua valde à
 multis peccatur, & tamē eius tā latē manā-
 tis erroris nōnulli patrociniū ſuscepereunt.

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

Tum Petrus, tua, inquit, de hac litera sententia quæ sit, in iis scribendis verbis quæ orta erunt, & quorum origo nota erit, scimus. Nunc doce quid faciendum sit in iis quorum nota non erit origo. In iis, inquā, quid videndum sit, ita dicā, si antè de non-nullis dixero, quorum nota est origo, neq; spectatur, ob cámq; causam peccatur ferè ab omnibus. Error autē eorū in participiis versatur maximè, iīsq; noībus quæ partim ex Latinis, partī ex Gallicis participiis orta sunt. Scribentes, audientes, prouidentes, & alia eiusdem generis per e scribuntur, ex quo intelligitur, linguae nostræ ab iis profecta participia per e, vt *escriuents*, *oïents*, & *proueocents* scribi oportere: & tamen vulgò per a scribuntur. Quod etsi verum est, tamen clarissimo certissimóq; exemplo confirmare libet. Cōtendens huius verbi contendō participium, nemo est quin si lingua nostra interpretetur, in secunda syllaba e scribat, & scribendum censeat. In postrema autem cur a, vt *contendants* potius q̄ *contendents* scribetur? Nō video, inquit Petrus, præsertim cùm in secunda syllaba cur e nō a scribendum sit, nemo possit dicere, nisi quòd à Latino verbo quod e nō a habeat, ortum

GALL. CVM GRÆCA COGNAT. 119
ortum sit: quæ eadem ratio in tertia etiam
valere debet: aut si quis est qui eam valere
non censet oportere, ne in secunda quidem
syllaba valebit. Ita nihil certum in scriben-
do quod sequamur, habebimus. Hæc, in-
quam, mea est & voluntas & sententia. Hoc
igitur positum sit, omnia ea quæ à verbis
Latinis trium postremarum coniugationū
cum origine sui orta sunt, per e esse scribē-
da: hoc etiam, ea quæ à verbis primæ ortū
habent, per a scribi oportere, ut amantes,
aimans, cōmendantes, *recommendants*. Ea au-
tem quæ nullius sunt cōiugationis, & ano-
mala vocantur, eorum scripturam imiten-
tur, ad quorum coniugationem ex partici-
pio præsentis temporis accedere videbun-
tur, ut sum cum verbis quæ ex eo iuncta
sunt, ad postremas tres, & volo, & ea quæ
ex verbo fero iuncta sunt, aliisque eiusdem
generis. E enim literam in participiis ha-
bent, ut volentes, conferentes, referentes,
entes, potentes. Quorum verò origo erit à
Græcis verbis, ea, quoniam neque e neque
a, sed o habent Græcorum participia, per
e, vel per a, licet scribere, quod nihil certū
habemus, quod in eis sequamur, nec dicere
possimus, cur per hanc non per illam, aut

contrà, scribenda sit: quanq̄ consuetudini potius scruiendū censeo, quæ semper à posuit, ne si alij hoc, alij illo modo scribant, perturbatio artis consequatur. Eandémq; literam in iis retinendam censeo, quorum ortus nullus erit, vel adeò incertus & obscurus, vt inueniri non possit. Ortus autem verborum alijs apertus est, alijs obscurus: alijsque alio & notior & obscurior. vt *aimants* vnde ortus sit statim omnes intelligunt, nempe ab *aimer*, & hoc ab *amo*, cuius participium præsentis tēporis est amantes, numero multitudinis. *Præuoients* etiam vnde ortum habuerit, facilè intelligitur, sed non àquè facilè, iamq; aliquid obscuritatis habet, si cum illo conferatur. Sed tamen à præudentes, o inter u & i interiectione, & d atque e posterioris detractione, ortum esse constat. Itémque *recieunants*, siue, vt alij loquuntur, *recinants*, vnde fluxerit primo aspectu obscurum est, & quam superius obscurius, sed diligentia adhibita a cœnantes re syllaba quæ iterum significat, adiecta, ortum esse verbū, quasi recœnantes dicamus, appareat. Obscutissimus autē est omnium huius verbi *enseignants*, ac similiūm ortus, quæ à Græcis profecta sunt.

Hoc

Hoc verò quod protuli, idémque declarat quod docentes, à participio Græco cōsiderantes, id est, ostendentes, ortū est. Si enim pro dī sponatur, & cīng mutetur, vt fieri s̄xpe docui, & y atque e detractis, o in a mutetur, *enseignants* remanebit. In participiorum enim numero multitudinis scribendum esse origo ipsa declarat, et si minimè à nobis vocalitatis causa pronuncietur. Tenemus, inquit Petrus, tuam de scribendi ratione sententiam, quæ nobis probatur, siue totum genus spestemus, siue cīliteram in qua grauiter à multis peccatur, quemadmodū grauissimis rationibus exemplisque docuisti. Sed hęc tua ratio hanc disciplinam perdifficilem reddidit. Quid? inquam, itāne verò eam ego difficilem feci, non ipsa per se difficilis est? quæ partim ad Latinorum, partim ad Græcorum scribendi rationem accommodari debet, vt quodque verbum lingue nostrę vel ab hac vel ab illa ortum habuit. Itaque vt non quiuis recte Latinę scribere potest, sed is demum qui Græcē & Latinę sciat: sic de nostris hominibus in sermone nostro scribendo iudicandum est. Atque vt Latinorum alij aliis melius & corruptius scribūt,

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

pro ea literarum Latinarum & Græcarum
qua prædicti sunt scientia, ita de nostris sen-
tire debemus. Multum in hac re valet imi-
tatio, & lectio eorum librorum qui & hu-
ius rationis præcepta tradūt, & rectè emen-
datéque scripti sunt. Ego hoc usus subsidio
quadriennio antè quam Lutetiam Parisio-
rum discēdi causa proficiscerer, diphthon-
gos, accentuum apices, distinctiones, aliā-
que eiusdem generis obseruabam & nota-
bam: idemque vobis & aliis qui mihi illic
traditi erant, ut meminisse potestis, facien-
dum censui semper, eisque præceptis meis
paretes, iam tū obseruare cœpistis. Tum
Antonius, Id inquam, non solum à te fa-
ctum meminimus, sed etiam cum volupta-
te maxima recordamur, tibiique gratias a-
gimus, quod ex hac grāmatices parte ma-
ximum studiorum fructū doctore te perce-
pimus. Conferte nunc ergo, inquam, illud
tempus, cùm hoc à me nōdum didiceratis,
cum eo quo didicistis: tum intelligetis ni-
hil esse præclarum, quod non idem diffici-
le sit. Tum Antonius, Quoniā tam multa
de e litera dixisti, velim exponas quid de
iis sentias, qui in nostro sermone eā ita dis-
tinguant, ut cùm totius verbi est extrema,
inter-

interdum marem eam, interdum feminam vocent. Eorum, inquam, sententiam hester no sermone reprehendi & refelli: mihi que magis probatur eorum sententia, qui illud apertum appellant, hoc non apertum, sed clausum, quod, ut mihi quidem videtur, illud diducto apertoque ore, hoc contracto & penè clauso proferimus. Hoc quāquam intelligitis, tamen eorum causa qui hæc legent, exēplis illustrabo. Diducto ore pronunciamus, ut cùm participia præteriti temporis eorum verborum quæ patiendi vim habent, & in infiniti modi præsenti in e syllabam exeunt, interpretamur: contracto & ferè clauso, cùm tres personas eorumdem verborum singulares præsentis eius modi quem indicandi grammatici nuncupant. Ac illi quidem e quod diducto ore pronunciandum est, erroris vitandi, & distinguendi causa apice accentus acuti notant. Ego autem alio apice notandum censeo, ne vi accentus acuti abutamur, qui eam syllabam quam afficit, attollendam significat, quod non sit hoc loco, sed in eo sæpe grauis intelligitur, ex quo etiam accentuum consequetur confusio. Mihi quidem huic huius literæ distinctioni apud eos qui



primi sermonem nostrum tenuerunt, non fuisse locus videtur. id quod cum alij populi, tum Prulini vestri declarant, qui posteriori e in iis nominibus quibus patrem & matrem appellamus, aliisque omnibus ita pronunciant, vt Græci & Latini semper faciunt. Sed tamen quoniam ea perulgata est omnium pronunciatio, cam retinere cogimur. Tum Antonius, Ita, inquit, faciendum censeo, præsertim cum ea mutari non possit. Nam quod ait de Prulino- rum nostrorum atque adeò tuorum (tuos enim esse negare non potes, à quibus mater tua genus duxit) pronunciatione: eam à plerisque teneri fatemur, sed tamen illam ex eo primam fuisse totius nationis Gallicæ non potes concludere. Imò verò, inquam, possum. Naturalem enim semper in eis perspicere & animaduertere licet, qui simplex vitæ genus ac priuatū sequuntur, quòd eius mutandæ nullam causam, retinendæ vel maximam, naturam habet. Quoniam, inquit, ita tibi videtur, non magna opere repugno, facileque in eandem sententiam discedo. Dixisti tu quidem certè quid de e literæ cum extrema est in verbo pronunciatione tenendum sit: quid si ultimæ sit

mæ sit proxima? Eadem est, inquam, dissimilitudo, si s sequatur. Quæ vt internosci posset, præceptum rythmici tradiderunt. Nam si diducto ore, id est, vt illi ipsi volūt, qui illud masculinū vocant, firmo ac fortis, pronunciandum est, non s, sed z: sin leniter, & quasi compreßso ore, s, non z scriben dum censem. id quod nulla ratione duxi, atque adcò rationi repugnantes faciunt. Nam quemadmodum superioribus diebus docui, z nunquam scribi debet, nisi id origo verbi doceat. Atqui multis in verbis à quibus nostra fluxerunt, non z, sed s scriptum est. cuiusmodi sunt secundæ personæ præsentis indicandi modi numero multitudinis, aliāq; innumerabilia eiusdē generis. Præterea z Latini à Græcis mutuati sunt, vt ea litera in Græcis verbis vteretur. Sed de his iā alio sermone dixi, cui si interfuisset, nō mihi necesse fuisset eadē bis dicere. Alii etiam peccant huius literę prætermissione iis scribendis vocabulis, quorū origo eā habet. veluti, exēpli causa, cū regis vocabulū nostra lingua interpretatur. Nā roi vel roy scribunt oēs, cū roē scribendū esse origo declareret. Itaq; le ré primi Galli pronūciabant. Ii qui elegantius loqui studuerunt, o inter-

Q. ii

iecerunt, quod non reprehendo, sed moneo, ut originem omnes spectent, quoties o vel a in diphthongo sermone nostro scribenda erit. Sunt quibus ita displicet oī diphthongus in nostro sermone, ut eam in nullo verbo probent: sed in maximo errore versantur. Pleraque enim verba sunt, in quibus eam retinere cogimur, ut in pronomine mihi, quod à Græco μοι, ita ut si moé esset, pronūciamus. Quæ quidem pronunciatione nostra in hoc & aliis eiusdem generis vocabulis adē Erasmo probata est, ut oī diphthongum Græcam eodem modo pronunciari censeat oportere. Isti autē nihil aliud afferre possunt, cur e semper scribi velint, nisi quod i in ea diphthongo vim suam amittat. Spectanda est igitur origo in his, ut in cæteris omnibus, si rectè scribendi rationem ullam extare velimus, nō ab ea discedere. Intelligitis, opinor, quæ mea sit de hoc toto genere sententia. Tum Petrus, Hoc iam, inquit, dixisti sçpe, habendum esse rationem originis: sed si id planum facias, nobis pergratum facies. Hoc, inquam, volo, si i sit in origine, & o verbū nostrum prætereā asciscit, i esse retinendum: ut in verbis quæ hæc Latina interpretan-

pretantur, pix, pisum, pyrum, aliisque generis eiusdem. Cur enim i non retinebimus? aut quæ ratio est e adhibere i detra-
cto, cùm i sit in origine? Nulla, inquit, in multis, sed in hoc verbo pyrum, mihi se-
cus videtur, vel te authore, qui naturalem pronunciationem spectādam esse censeas.
Nam agrestes homines p̄e pyrum, & ar-
borem ipsam perier dicunt. Hoc, inquam,
quod ais, aliquid est. quanquam agrestes &
rusticos in his verbis, aliisque eiusdem ge-
neris Normānorū pronūciationē imita-
ri arbitror. Ii enim oī diphthongū vt œ La-
tinorum more, Picardi contrā Græcorū
more pronunciant. Picardi enim moi ita,
vt si mi scriptum esset: Normanni autem,
vt si me esset, pronunciant. Atque hoc mo-
do scribenda sunt verba, in quorum origi-
ne i erit, si o præterea adiūgi oportebit. Si
autem e sit in origine, e retinebitur, vt mē-
sis mōs scribam, non mois vel moy, præser-
tim cùm à Græco μῆς ortum esse videatur.
Hoc loco Petrus, Hæc, inquit, diphthon-
gorum pronunciatione, me admonet, vt te
paulūm à proposito abducam. Sæpe e-
nim equidem mirari soleo, id quod mul-
tis v̄suuenire arbitror, quid sit quamob-

Q iiij

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

rem cùm omnes ferè docti etiam Galli exterorum exemplo primum adducti, deinde à veritate, quam, ut opinor, inuenierunt, coacti, verba Latina omnia in quibus u litera est, ita pronuncient, ut si ou diphthongus esset: tu tamen nūquam adduci potueris, ut illorum pronunciationem imitaris ac teneres. Si, inquam, veterē hanc quā sequor maiorum nostrorum pronūciationem vitiosam esse comperisse, aut ratione aliqua mihi vel ipse persuadere potuisse, vel alii: eodem modo quo alias feci, correxissem. Cur enim o ad u vocalem solam potius, quā ad i, vel e, vel a addemus? An non vitiosa ista pronunciatione vobis videatur, quæ tam in iis qui ea vtuntur, infedit, ut hanc ipsam literam solam sine o nominare non possint? Atque ut eos grauioribus quasi telis vrgeam, libenter ab eis quæram, à quibus istam huius literæ pronunciationem habeant. Si à Latinis, autores probatos proferant, testēsque producant. Legi ego euoluīq; omnes & grammaticos, & oratores, & si qui alii de pronunciatione quondam aliquid scriptum reliquerunt: qui eam in præceptis reliquerit, inueni certè neminem. Contrāq; repe-

ri ve

ri veteres in iis verbis in quibus duo uero cōsequentia sunt, posterius per oī solitos pronunciare, interdum etiam scribere propter u & oī cognationē. cuius generis hæc sunt verba, seruus, ceruus, vulgus. At qui isti hæc verba & cætera eiusdem generis, ita ut si esset voulgous, seruous, ceruous, pronūciāt. Ita à veterū pronūciatione discedūt, nedū corū se imitatores esse possint dicere. In aliis autem verbis in quibus vñ u est tantū, aliam eius pronūciationē fuisse à veteribus obseruatā, nisi cā quā teneo, nō reperi, præterq; in dandi casu cui, quē ita pronunciant, vt si quoi vel coui scriptū esset, propter illius à recto Qui distinctionē. Ex quo etiam intelligi facile potest, veteres in cæteris verbis ita u pronūciasse, vt à me pronunciatur: præsertim cū Qui ita pronūciarint, vt nos Galli cui: & oī in dandi casu cui distinctionis tantū causa tenuerint. Si. n. hoc distinctionis tantū causa, vt etiā Quintilio placet, faciebant: profectò in cæteris in quib⁹ nullus erat distinctioni locus, cā quā sequor, huius literę tenebāt punctionē. Ita fit, vt isti dupliciter peccāt, & q̄ ou p̄nūciāt, etiā in hoc dādi casu cui, & q̄ ita p̄nunciant, tū cūm loci nihil distinctioni re-

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

linquitur. Hoc etiam possum dicere, inter o & u apud veteres tantam fuisse cognationem, ut inter se permutarentur, ut pro Hecuba Hecoba, pro nux nox, pro Colchides Culchides scriberetur. Ita o tantum pronunciare in cæteris deberent isti, si se ad veterum imitationem conferre vellent. Neque enim in his u vt ou ab illis pronunciatum esse, ut iam docui, possunt dicere. An verò Græcos se imitari dicent? hoc enim alterum est è duobus, quæ in argumentatione dixi. Atqui hoc durum est & indignum, huius ætatis & patrum aurorumque nostrorum memoriae Latinos homines, nouam & inauditâ priscis illis pronunciandi rationem in Latinam linguam inuehere, quam à Græcis mutuatos se esse dicant. Atqui si cam à Græcis se habere confirmant, Græcorum in eo pronunciationem planè atque in omnibus imitari debent, quod non faciunt. Id'que multis rationibus aut exemplis potius docere possum. Nam Oualentinos illi, & Oualefios in recto dicunt, isti Valentinous, & Valefious, itemque in cæteris eiusdem generis: illi Theos, isti Deus, ut si Deous esset scriptum, pronunciant. Ita si imitatores illo-

illorum essent, quotiescunque & u apud nos est consonans, ou dicerent, & apud illos os syllaba in us apud nos vertitur, non ous pronunciarent. Eadem est ratio literæ & quoties à nobis in u mutatur, ut φυγὴ fuga. Tū Antonius, Eirmissimis sanè rationibus & exemplis clarissimis corum sententiam refellisti: mihiq[ue] hoc diuerticulum in quod de via te Petrus frater detor sit, non mediocriter placuit. Itaque te in viam redire antè non patiar, quām ex te cognouero, quid fit, cur eam pronunciationē & literæ non teneas, quam sequi permultos videmus. Illam enim literam ita pronunciant, exempli gratia, in his verbis facere, dicere, & Cicero, ut si fachere, dichere, & Chichero scriptum esset. Sunt, inquā, multò pauciores huius pronunciationis vindices & patroni, quām superioris: mihiq[ue] illi velle videntur reuocare eam pronūcian di rationem, quam à veteribus obseruatam esse scribit Quintilianus, cùm ait, tam multum usum fuisse aspirationis, ut chenturiones, præchones, choronæ in inscriptionibus, id est, epigrammatis se legisse commoret. Quem quidem morem retinet Galli illi qui Hannonii & Arthesii vocantur.

Quòd si mos ille veterum improbari debet, horum etiam improbanda est pronuntiatio. Aliter enim eorū ratione & sentētia hoc nomen populus pronunciandum erit, vt si phophulus scriptum esset, codémque cætera eiusdem generis. Quam enim dissimilitudinē affectre possunt? Ut enim χ mutata est aspirata, & κ eius tenuis: sic φ ad ϖ affecta est. Ita si eorum sententia in κ aspiratio pronūciari debet, in ϖ etiam eadem ratione pronunciabitur: quod si absurdum est, illud etiam absurdum sit & incommodeum necesse est. Quæ autem ratio est, in iis literis in quibus nulla est aspiratio, pronunciare aspirationē, in iis verò in quibus est, non pronunciare? Atque hoc illi volunt, imò verò faciunt. Nam non solùm Cicero ita pronunciant, vt si Chichero esset, verū etiam chirotheca, vt si kirotheca scriberetur. Quæram etiam ab eis, cur vim aspirationis detrahant. Neque ei locum ullum iis in verbis relinquunt, in quibus has literas ch, i vel e sequitur. Si enim dicant in iis pronunciandis non exaudiri, quæ a, o vel u literas ch proximas habent: hoc etiam afferam, ne in iis quidem verbis ab eis pronun-

nunciari, in quibus c iisdem literis præponitur, vt canis, comis, culex. Ita par similiisque erit ratio. Tum Petrus, maximè, inquit, vellem, vt vtriusque decreti defensores h̄c adessent. Neque enim dubito, quin tibi facile responsuri essent, siue constantiæ causa, siue quòd ita res est. Nos enim rationes quibus ducti, hoc defendunt, non teneamus. Vellem, inquam, si fieri posset. Quoniam autem non licet, vosque eorum de creta defendere posse negatis, quid? num h̄c hærebitis? vt vtram rationem probetis, ac sequamini, animorum distractione impediti non possitis dicere? Apud me quidem, inquit Antonius, rationes tuæ plurimum valent ad persuadendum, eis que adductus, tibi assentiar, dum illos audiam. Tum enim, si potuero, vtrum sit vis maior, dijudicabo. Proinde per me iam ad propositum reuertare, licet. Restat, Petrus inquit, vt de apostropho differas. Res est, inquam, facilis, nec magnopere officium nostrum desyderat, aut postulat. Est enim dimidiatus circulus in fine vocabuli supra versum ita positus, vt cornua ad sini-

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

stram porriganter : vocalémque vel e vel i
ferè apud nos abesse vocalitatis causa de-
nunciat. Eum ætate nostra ij qui Græcis li-
teris primi studuerunt, adhibere cœperunt
Græcorum imitatione. Quòd si ea tenetis
quæ vobis de apostropho cùm primas Græ-
corum literas disceretis, tradidi: nō video,
quamobrem hoc in loco diutiùs cōmoran-
dum putetis. Ea, inquit Petrus, non planè
teneo, proptereà quòd studio iuris ciuilis
nostrī causarūmque forensium frequentia
impeditus, me ad hæc studia referre adhuc
non potui. Itaque peto à te maiore in mo-
dum, vt eadem repetas, & ad consuetudinē
sermonis nostri accommodes. Iam, inquā,
accommodaui, cùm paulò antè notam il-
lam significare dixi detraqtam esse voca-
lem ex fine vocabuli: sed id demum acci-
dit, quotiescumque proximum vocabulum
à quauis vocali incipit. Nos quidem simul
cum lacte nutricis eam pronunciationem
arripimus: nec quisquam ferè in ea peccat,
etsi ignari quamobrem id faciant, non pos-
sint dicere. Quis enī sic loquitur? La opinion
de Aristote ne est veritable, p l'opiniō d' Aristote
n'est veritable, ou vree, id est, opinio Aristote-
lis non est vera. Docti ergo ab insciis hoc
distin-

distinguuntur, quod docti causam cur id
fiat norunt, indocti nesciunt: & quod illi
quid illud sit, tenent, hi non tenent. Nam
nec quid sit apostrophus, sciunt: nec voca-
litatis causa vocalem absumi ad vitandum
vocalium concursum possunt dicere. Tum
Antonius, Eadémne est, inquit, eius notæ
adhibendæ apud nos, quæ apud Græcos ra-
tio? Non planè eadem, inquam. Interdum
enim Græcis vtrumque licet, & adhibere
eam notam, & non adhibere, idque vsuue-
nit fere in articulis neutrīs, vt τὸ ἀληθὲς, &
τὸ ἀληθὲς dicunt, id est, verum, siue veritas:
itemque τὸ ἀγαθός, & τὸ ἀγαθός, id est, bonū.
Nobis autem non licet. Neque enim quis-
quam ferat, si quis hoc modo loquatur, *Le*
home de bien, id est, vir bonus, aut *la* *oraïson*, *la*
opinion des gens de bien, id est, oratio & opinio
bonorum: aut *le* *or*, & *le* *argent de France*, id
est, aurum & argentum Franciæ. In nume-
ri etiam multitudinis articulis duntaxat
neutrīs illi eandem notam apponunt, vt
τὸ ἀληθῆ, id est, vera, τὸ ἀγαθός, id est, bona:
nos autem nō adhibemus, propterea quod
articuli eius numeri nulli nostri in vocalē
excunt. Cōtrà in singularis numeri patrīo
& auferendi casu nos ea utimur, vt, *La* *Ville*

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

d'Orleans, vrb̄s Aurelia, vestis hominis, robe
d'home, vel d'un home: & ge viens d'Orleans, ve-
nio Aurelia. Illi autem eadem in patrio ca-
su non vtuntur, quòd vel in vocalem, vel
in diphthongum desinat. Tum Petrus, pu-
gnātia, inquit, patrue, videris dicere. Nam
paulò antè dixisti, apostrophum à Græcis
in fine eorum vocabulorum adhiberi, quæ
in vocalem exirent. Atqui diphthōgus vo-
calis est, vel cōstat ex vocalibus. Ita sit, vt si
articulus patrij casus in diphthongum de-
sinat, necesse sit etiā cum in vocalem desi-
nere. Tu hoc, inquam, ita concludis, quasi
idem sit in diphthōgum, quod in vocalem
exire: aut cùm dixi, apud Græcos apostro-
phum in fine verborū quæ in vocalem de-
finerēt, locari, id de omnibus dixerim. Ex-
pone ergo, inquit, quatenus id verum sit.
Hoc, inquam, longum sit, & à nostro insti-
tuto alienum, si omnia velim persequi. Il-
lud tantūm intelligi hoc loco satis est, nun-
quam nos hac nota diphthongum abesse
significare, Græcos etiam nunquam, nisi
in hoc κἀπ, quod κὶ ἀπ, id est, & si efficit.
Nam in hoc κἀγα, id est, & ego tota diph-
thongus absunta non est. Quòd si eius v-

et / sus

sus quis sit in aliis orationis partibus, requiritis, sic habetote, in nominum virilium & feminineorum quintæ inflexionis singularis numeri accusandi, in neutrorum nominadi & accusandi casibus, qui in aexeant, numeri multitudinis, eam adhiberi. Dicūt enim Græci, μὲν δι' ὄντες, id est, per Iouem nihil, νῦν δὲ λαλῶ, id est, noctem totam, πάντα δὲ τὰ, id est, omnia quæ. Hoc loco Antonius, Estne, inquit, ī sermone nostro simile quippiam? Est, inquam, sed hoc ferè in feminineis nominibus perspicitur. Dicimus enim, γνωρίστε aulbe, γνωρίστε aumusse, bell' enuie, γνωρίστε bon' aulbe, aliā que eiusdem generis. Quid verò, inquit, idem in ceteris orationis partibus docere potes? Id, inquā, possum, sed antè volo virilium in hoc genere exemplum proferre. Dicimus enim, quelqu'γν., pro, quelque γν. Nunc ad ea venio quid me vocatis. In pronomine quidem, ut Græci, cùm aliquid interpretantur, dicunt, τοῦτο εστι, id est, sic nos, c'est, sed addimus, ut scitis, hoc totum, a dire, rei illustrandæ gratia. Et ut illi in his accusandi casibus μὲν, σε, notam adhibent, veluti Demosthenes ait, εἴ τα μὲν ἐρώτας, id est, deinde me rogas, siue interrogas:

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

sic nos, *Tu m'interroges, il m'est, il t'est amis, & il s'est blesse*, dicimus. Nouum verò illud genus est, quo utimur, *M'amie*, pro *ma amie*, quod etiam genere abutentes *mon amie*, dicimus. Item *t'amie*, & *s'amie*, in quibus magis poëtarum more primam verbì sequentis vocalem, quam extremā superioris videamus absu[m]ere: præsertim cùm *ma mere*, *ta mere*, & *sa mere*, id est, mea mater, tua mater, & sua mater dicatur à nobis. In verbis ratiō apostrophis utimur, vt scitis, nec ferè solemus, nisi & coniunctio sequatur. Græci autem sæpius ac ferè in tertiiis personis singularis numeri verborum quæ communem & patiendi vim habent, & in το syllabam exeunt. Nam in iis quæ in ε desinunt verborum quæ vim agendi habent, vasciscitur, ne absumi possit, vt ἔτυπλεψάντης, id est, eum verberabat: itémque in tertia plurali præsentis modi indicandi, veluti Φιλοῦσις ἀντης, id est, eum amant. In quo eos quodammodo imitari videmur, cùm, ne hiulca ob vocalium concursum oratio videatur, tadiungimus in interrogatione, vt cùm rogamus, *L'hat il faict? i VAT il? l'aimet il?* *changet il de propos? murmuret il? plaidet il?* Quanquam enim sunt, qui in primis duobus

bus exemplis aliisque eiusdem generis tñ addendum césent: tamen in reliquis negare non possunt , quin necessariò sit & scribendum, & pronunciandum. In aduerbiis etiam interdum eam notā adhibemus , vt cùm dicimus, *a dieu iusqu' a demain*, id est, vale in crastinum . Cùm etiam negamus aut prohibemus aliquid fieri, ea ferè utimur, vt *tu n'escoute pas. tu n'ose rien faire.* & *n'escoute pas ce qu'il te dira. Dis lui qu'il i aille, ou qu'il n'i aille.* Græci eadem utuntur in aduerbiis quibusdam, atque in his, τότε, & ὅτε, id est, tum & cum, s̄apius . In coniunctionibus quoque & præpositionibus vt illi , sic nos eam adhibemus . Illi quidem ferè in his coniunctionibus, είτε, μηδὲ, οὐδὲ, οὐτὲ, id est, siue, nec & neque . Nos autem in si coniunctione s̄apius, vt *aucun en i ha. sil vient.* Græci multas præpositiones habent, quæ in aexeunt, vt *αὐτὰ, κατὰ, μετὰ, προ.* Itaque s̄ape a in eis solent absumere , vt *άυτῷ*, id est, per eos, *καθ' αὐτῷ*, per se, *μετ' αὐτῷ*, cū eis, *παρ' αὐτῷ* ab eis, & *παρ' αὐτῷ*, apud eū. Nos per paucas habemus eius generis, nec ferè in alia præpositione, nisi de notā illam adhibemus, vt *ge viens d'Orleans, d' Augstun.* Duas interdum vocales absumimus in præpositione ea, qua-

R

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

cùm Latinam interpretamur, vt *auecq' euls*,
id est, cùm eis, vel illis. Quod etiam in ea
quam in aduerbiis numeraui *iusque* contin-
git, vt cùm dicimus, *iusqu'au poinct du jour*.
Tum Antonius, Paucis tu quidē certè, in-
quit, multa de apostropho complexus es,
vt eius notæ vsum nos à Græcis habere cō-
cluderes. Sed quas vocales ea nota abesse
significaret, minimè docuisti. Id, inquā, ex
iis exemplis quæ protuli, intelligere potui-
stis. Nam in nostro sermone nunc a, nunc
e, aliàs i, aliàs u & e abesse denūciat. Apud
Græcos etiam easdem, præter u, qua carēt,
& præterea o, vt docui. Tum Petrus, Quo-
niam, inquit, de literis aliis in alias muta-
tione, diphthongis, earumque pronuncia-
tione, accentu, orthographia, articulis, &
apostropho, ita dixisti, vt ea nos magna ex
parte mutuatos esse à Græcis docueris: nūc
sequitur vt quid in singulis orationis par-
tibus ab eisdem habeamus, doceas. Reftè,
inquam, admones. Ac de nomine quidem
primùm differam. Nominum quidem per
casus inflexionem non à Græcis, sed ab He-
bræis habemus. Ut enim Hebræorum, sic
nostra nomina vnam candémque habent
in singulari, vnam candémque in plurali
pro-

productionem: sed hoc interest, quod cum
vtraque in multis variisque literas & syl-
labas in singulari excant, Hebraica tamen
im præterea, nostra tantum ad singula-
rem in plurali addunt: ut illi Seraph, Sera-
phim, Cherub, Cherubim dicunt, nos *home*,
homes, *pierre*, *pierres*: idemque in cæteris dici-
mus. Quod autem ad variam illam quam
dixi, singularis numeri productione, id est,
ut alij vocat, terminatione attinet, magna
ex parte in nostris Græcorum similitudo &
ortus perspici potest. Nam ut à prima La-
tinorum inflexione ordinar, ea omnia quæ
in a excunt, ad secundæ inflexionis Græco-
rum, quorum n extrema litera est, imita-
tionem similitudinemque transferimus, n in e
mutatione, vt Ρώμη, *Rome*, corona, *corone*, ta-
bula, *table*, aliaque eiusdem generis. Tertiæ
autem inflexionis, quæ apud Latinos in o
excunt, in on apud nos, Græcorum imita-
tione excunt, vt πλάτων Græccè, Latinè Pla-
to, Gallicè *Platon* dicitur. Sic κικένεων, *Cice-
ron*, ζήνων, *Zenon*: neq; hoc solùm in propriis
obseruamus, sed etiam in cōmunibus quæ
appellatiua grammatici nominant: veluti
λέων, *lion*, θράκης, *dragon*. Hæc autem de
iis, quorum patrius casus in onis apud La-

R ii

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

tinos exit, intelligi debent. Nomina etiam quæ fœmineo genere in ὄτης apud Græcos, & in tās syllabā apud Latinos exeunt, & de-tracto, & in e mutatione ad Græcorum imitationem finximus, vt ἀγαθότης, id est, bonitas, *bonté* dicimus, itēmque alia generis eiusdem. Cūm ego hoc loco finē dicendi fecissem, ac reticerem, tum Antonius, Sūntne, inquit, hęc omnia quę nos mutuatos à Græcis, aut imiratos esse eodem in nominibus potes dicere? Sunt, inquā, omnia, quod ad inflexionem nominum attinet. Nominum autem infinitam penè vim & numerum superioribus sermonibus & diebus, cūm abesset, Petrus verò hic frater tuus adesset, protuli, quę à Græcis sermo noster mutuatus esset. Tū Petr⁹, Sic est, inquit, frater, cāq; ex me cūm voles, poteris cognoscere: quæ si minùs plenè tibi exponere potero, propediē, vt spero, ex libro quo sermones quos de his rebus habuimus explicabit, intelliges. Quod eò dico, ne cupiditate discendi incensus, orationis patrui cursum retardes. In tuo frater, inquit Antonius, sermone & admonitu ita acquiescā, si idem ipse promittat. Sunt vera, inquā, quæ Petrus affimat. Sūm enim propediem eos sermones quos

quos inter nos adhuc de nostrę lingue cum
Græca cognatione habuimus, editurus.
Nūc, inquit Antonius, per me longius pro-
grediare licet. Atque illud ex te scire cupio
cūm tam multę sint in sermone nostro no-
minū productiones, id est, terminations,
vt loquimur, & tam paucas à Græcis mu-
tuatos nos esse docueris, vnde cæteræ ori-
ginem habuerint. Aliæ, inquam, à Græcis,
aliæ à Latinis paucis mutatis, demptis, ad-
ditisve literis aut syllabis fluxerūt: sed quo-
niā vltimæ literæ eorum à quibus orta
sunt, non remanserunt in iis quæ nostra fe-
cimus, aut aliæ adiectæ sunt: nostrorum tot
nouæ ac proprię productiones terminatio-
nēsve sunt, quot literæ apud Latinos. Sed
num horum, inquit, omnium certa quedā
præcepta potes tradere? Possem, inquam, si
hoc nunc ageretur. Digredi, inquit, & ab-
errare à proposito cur tibi nō licebit, cūm
id tam multi fecerint? Itaque si hanc culpā
vereris, eam præstare, vt ego pro fratre re-
spondeam, non dubitabimus. Istud, inquā,
cogere est. Hoc igitur diuturna obserua-
tione notaui, ea omnia quæ apud Latinos in
in iuus exeunt, in ifferè apud nos exire, vt
vnuus, vif, actiuus, actif: quæ n̄ literā vel vlti-

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

mam , vel in vltima syllaba habeant apud Latinos & Græcos, in eam solam, dum fe-
minea non sint, exire apud nos: vt delphin,
dauphin, bonus, *bon*, panis, *pain*, finis, *fin*. Fe-
minina autē eorum quæ adiectiva dicuntur,
omnia in e excunt. Quæ r̄t coniunctas lite-
ras habent cum aliis quæ sequuntur: in eas
exeant . vt portus , *port*, fortis, *fort*, curtus,
court, quartus, *quart*. Eadem est ratio eorum
quæ rd habent, vt surdus, *sourd*, leopardus,
leopard. Quę l̄ habent, vel solam extremam,
vel cum aliis sequētibus coniunctam , eam
retinēt, vt collum, *col*, cælum, *ciel*, mēli, *miel*,
fel, *fiel*, liberalis, *liberal*. In nōnullis quę e an-
te l̄ habent, l̄ in au mutatur, quam tamen li-
teram Normāni retinēt, cultellus, *couteau*,
coulteau. Quæ r̄ vltimam, o antecedente ha-
bent, in r̄ etiam exeūt, sed o in eu mutatur:
vt doctor, *docteur*, lector, *lecteur*, orator, *ora-
teur*. Olim autē o, adiecto u vocalitatis cau-
sa remanebat: vt pastor, *pastour*. Quæ in r̄, e
antecedēte excunt , in re ferè apud nos de-
finūt, vt magister, *maistre*, presbyter, *prébître*,
pater, *pere*, mater, *mere*, frater , *frere*, faber,
feure . Monosyllaba in ars pro s, t asciscunt,
vt ars, *art*, pars, *part*. Monosyllaba in alx, x
empto , al in au more nostro mutant , vt
falx,

falx, *fan*, calx, *chau*. Monosyllaba in x, eam literam extremam retinent, sed ferè i inter x & vocalem ei proximam asciscunt. vt *pax*, *paix*, *pix*, *poix*, *nux*, *noix*, pro fructu. Hinc à recto qui obsoleuit, *vix*, *vicem*, *vice*, *feix*, in singulari dicimus. Nomina in osus in eis nunc desinunt, olim in ous exhibant, vt *gloriosus*, *glorieus*, & *glorios*. Arborum nomina in ier exeunt, vt *pomus*, *pommier*, *pyrus*, *poyrier*, *nux*, *noier*, *prun⁹*, *prunier*. Quædam, sed per pauca excipiuntur, vt *quercus*, *chesne*, *vlmus*, *ourme*, & *humeau*. Nomina fructuum in e ferè omnia exeunt cum prima consonante postremæ syllabæ, vt *pomum*, *pomme*, *pyrum*, *poyre*, *prunum*, *prune*. Fluminum nomina in e ferè exeunt, vt *Vigenna*, *Vienne*, *Liger*, *Loire*, & quod hoc oppidū meū *Cormœriacum* alluit, *Agnier*, *Aindre*, *Mastrona*, *Marne*, *Sequana*, *Seine*, *Tiberis*, *Tibre*, *Rodanus*, *Rône*, Pauca excipiuntur, vt *Carus le Cher*, *Rhenius*, *le Rhein*, *Padus*, *le Pau*, & si qua sunt eiusdē generis. Nomina corū qui artibus sordidis prædicti sunt, ferè in ier ex-eunt, vt *sartor*, *cousturier*, *sutor*, *cordönier*, *ton-sor*, *barbier*. Quæ autē adhuc dixi, ita intel-ligenda sunt vera esse, si nomina nostra à Latinis quorum literas retinent, orta sint.

R. iii

Tum Antonius, quām multa, inquit, præcepta terminationis linguae nostræ nominum tradis. Mihi quidem dubium non est, quin facilè linguā nostram ad artem redigere, si velis, possis. Quod si hęc tibi digressio molesta fuit, eam certè multis iucundā fore non dubito. Possem, inquam, Antoni, si hoc instituerem, sed ad maiora me ea diuinarum rerum sciētia, cui me dedidi, hor-tatur: nec verò mihi digressio hęc tam mo-lesta fuit ad commemorandum, quām for-sitan si minùs vobis, at certè aliis ad legen-dum erit. Nunc si quid præterea vultis, pro-ponite. Tum Petrus, Me, inquit, animūm-que meum sāpe anxit, verbī quo vim su-perlatiū exprimimus, origo: nec tamen adhuc eam potui inuenire. Tē, inquam, ar-bitror verbum hoc vnius syllabæ tres dice-re, vt cūm doctissimum, exempli causa, tresdacte interpretamur. Illud ipsum est, in-quit. A Græco τρις, inquam, illud sermo no-ster mutuatus est. Hoc autē Græci tam cum eo grādu quēm Grāmatici positiuū vocāt, quām cū eo quē superlatiuū, solent iunge-re, vt οὐ μέγιστος, id est, ter maximus, siue ἄπολυ maximus: & οὐ αὔτιστος, id est, infidelissimū. Et illud ciusdē Homeri ex quinto Odisseę,

τρις

τρὶς μάκηροι δανὸι καὶ τεβάναις. & quæ sequuntur, quæ Vergilius in primo Æneidis lib. imitatus est his versibus,
 O tērque quatérque beati,
Queis ante ora patrum Troiæ sub mœni-
 bus altis

Contigit oppetere: aliisq; permultis se-
 quentibus. Tū Antonius, Hac tua; patruæ,
 commemoratione mihi suggestis reducísq;
 in memoriam, quod sæpe audiui, Home-
 rum in Æneide Vergilium magna ex par-
 te esse imitatum. Ita est, inquam, idq; cùm
 multi veteres literarum monumentis pro-
 diderunt, tum Macrobius maximè, qui e-
 tiam loca multa vtriusque coniunxit: cu-
 ius admonitu multò plura atque adeò in-
 numerabilia inueni, quæ fortassis aliquan-
 do cum aliis eiusdem generis edentur. Sed
 ut ad propositum reuertamur: illud τρὶς no-
 strum literæ vnius mutatione fecimus, etsi
 consuetudo nostra tantū cum positio so-
 lita sit iungere. Quanquam sunt hodie, qui
 illud ex lingua nostræ finibus extermina-
 re volunt, cùm Latinorum superlativa quæ
 vocantur, penè ad verbum in multis usur-
 pant, veluti illustrissimus illustrissime, re-
 uerendissimus reuerendissime, aliisque e-

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

iūsdem generis, quæ nunquā ante hos paucos annos audita sunt: atque haud scio, an is cuius librum scriptum Gallicè peregrini appellamus nomine, primus ea dixerit. Tū Antonius, Túne hoc, inquit, patrue, improbare vis, censēsque improbadum, quod ad linguam nostram augendam valere, negare non potes? Non improbo omnino, inquam, sed modum adhibendum censeo, ne pedetentim ac sensim multa eiusmodi fингentes, non solùm illud tres, quod à Græcis habemus, amittamus, verùm etiam copię specie in id vitium quod affectationem vocant rhetores, incidamus, contamineamusque sermonis nostri puritatem. Hac in re, Petrus inquit, qui tibi nō vltro ac libenter assentiatur, puto esse neminem. Hoc autem velim etiam exponas, vnde mortuos trespasses vocemus, tibine ab illo Græco, quod consyderamus, ortum esse videtur? Videtur, inquam, quòd ea particula in hoc verbo perfectionem declarat. Quanquam à Latino verbo transitus, quo Ecclesiastici in sanctorum morte vtuntur, veluti transitus sancti Martini, ortum potius videri potest, vt trans præpositio tres significare dicatur. Quod multò est etiam cūdientius in

in hoc genere dicendi, *Il ha trespassé son commandement*, id est, quod Cicero penè ad verbum dicit, *Transire fines præcepti.* Vtrunque, inquit Petrus, probabile est, sed posteriorius pluribus probatum iri confido : tēque ab eis magnam gratiam ab ipso esse initurum. Quoniam nihil mihi iam occurrit, quod præterea in nominibus à te quæram : (nam nominum penè innumerabilium origines quæ mihi negocium exhibebant, superiorum dierū sermonibus absente fratre exposuisti.) deinceps ea quæ in verbis ignoro, nec explicare adhuc aut inuenire potui, quæram. Hoc, inquam, commodè facies: quandoquidem nomen cum verbo cōiunctum perfectam reddit orationē. Hoc, inquit, primum velim exponas, num à Græcis sermo noster mutuatus sit duo præteriorum genera quibus utimur: ut cum præteritum hoc Latinum exempli causa amavi interpretamur, id duobus modis, ut scis, facimus. Nam & *g'hai aimé* & *g'aimai* dicimus. A Græcis, inquam, hoc habemus, qui non solum præteritum perfectum habent, sed etiam duo tempora, quæ, ut minimis potestis, *άρεισα*, id est, indefinita nominant, quòd illis præteritum tempus significi-

gnificant, quod quād dudum, aut quād
pridem præterierit, incertum est. Quan-
quam vix, inquam, illud obseruatum ab il-
lis video. Nam sine delectu his pro perfe-
cto ferè vtuntur. Nos autem in modis om-
nibus tempus habemus, quod per se cum
nomine non modò nullum certum tem-
pus declarat, sed ne perfectam quidem red-
dit sententiam. Ut cùm dicimus, vt in eo-
dem exemplo maneam, *G'aimai Pierre*, non
est perfecta, vt scitis, sententia, nisi nota
certi temporis adhibetur, veluti in ado-
lescentia, vel aliquid eiusdem generis. Tū
Autonius, Vt tu, inquit, patruē, accura-
tē, vel minimum quicque linguae nostræ
scrutatus es. Hoc tamen interest, inquam,
quòd Græci, vt probè intelligitis, dissimi-
lia hæc duo habent tempora: nos autem
vnam tantùm vocem habemus. Si quid
præterea, Petrus inquit, habes, expone.
Hoc etiam, inquam, habemus à Græcis,
quòd & supinis & gerundiis vt illi, care-
mus. Quo ergo modo, inquit Antoni⁹, ex-
primimus ea quæ Latini supinis & gerun-
diis exprimunt? Eodē, inquam, modo, quo
illi, id est, verbis infiniti modi. Ut enim illi
dicunt, id quod Latini per supinū, Venio,
aut

aut vado sp̄ctatū, ἔρχομαι vel βαδίζω διάν: sic nos, *Ge viens, ou ge vois regarder, ou veoir les ieus*, dicimus, quod eodem modo de aliis e- iusdem generis iudicandum est. Atque ut illi, quod Latini dicunt per posterius supi- num hoc modo, Turpe est dictu, dicunt, αἰχθόν λέγεται: sic nos *vilein a dire* dicimus: i- témque in cæteris. Tum Petrus, Multi, in- quit, patrue, tibi gratiam habebunt, atque adèò agent gratias, quòd nos non solùm simplicia verba innumerabilia à Græcis mutuatos esse doces, verùm etiam colloca- ta, generáque dicendi. Si de collocatis, in- quam, quod possum, vellem dicere, nobis instituēda esset noua de iis disputatio. Nūc enim de simplicibus tantùm agimus: quòd si collocatorum interdum mentionem fa- cio, hoc præter institutum facio, nec face- rem, nisi simplicia cum eis ita cohærerent, vt illa sine his tractari non possint: præser- tim cùm vos intelligentes nos carere, vt Græcos, supinis & gerundiis, quæsieritis à me, quomodo ea quæ Latini supinis & ge- rundiis efferunt, diceremus. Vt cunque, Pe- trus inquit, res habeat, nemo te hoc loco à proposito aberrasse acerbè seret, nedū nos, vt pro fratre respondeam. Sed gerundio-

rum exempla tibi proferenda sunt. Ita est, inquam. Primi quidem tale exēplum est, τόπος ἐλέγειν, id est, dicendi locus. Noscē-nim per infinitum modum eodem modo, *Lieu de dire* dicimus. Secundi autem hu-iusmodi, εἰς φιλέψ, id est, amādō, in quo genere cū prēpositionem nostram fecimus, sed infinitum non dicimus, sed participio præsentis temporis abutimur, veluti *en ai-mant*. Tertium verò gerundium non ha-bent, vt dixi, Græci, nō tamen pro eo vtun-tur infinito, vt pro aliis semper, sed tantum cùm verba alia sequitur, quæ illud cū præ-positione exigunt. Aliis locis, id est, quan-do illud gerundium cum est verbo iungi-tur, veluti, tacēdum est, aduerbiis in ēor ex-euntibus vtuntur, vt λευτέον, id est, dicēdum est. Hoc posterius non habemus. In su-pe-riore genere dicēdi, quod illi per πρᾶs præ-positionem ferè enunciant, prēpositionem ipsam Græcam tenemus. Hoc loco Anto-nius, De verborum, inquit, coniugationi-bus, nihil habes quod dicas. Nihil, inquā, in quo ad Græcorum coniugationem, imi-tationem, aut similitudinem reuocare pos-sim. Hoc tamen possum dicere, quod haud scio, an quisquam nostrorum hominū ani-maduer-

maduerterit, in ea cōiugatione, cuius præsens infiniti modi in er consonante antecedente exeat, præsentis modi indicandi tertiam personam à secunda t solūm detracto formari Græcorum imitatione: vt amo g'aime, amas tu aimes, amat il aim: quemadmodum in Græca, Φιλεῖς amas, Φιλᾶτις amat. Sunt tamen, qui t addendum putant, vt in cæteris, etiamsi minimè pronuncietur. Nam Aquitani plerique, vt scitis, tertiam hanc personam in ea coniugatione quam dico, Latinorum more & scribunt & pronunciant, veluti amat, *il aimat*, desyderat, *il desyrat*. Tum Petrus, Mirum, inquit, mihi videtur, quòd tam accuratè hæc obseruaueris: nec solūm nostrorum hominum qui propriè loquuntur, sed eorum etiā qui à linguae nostræ proprietate deflexerunt, notaueris pñūciationē. Sed cur dixisti, hoc fieri iis in verbis, quorū infiniti modi præsens in er antecedente cōsonante exeat? Hoc dixi, inquā, q̄ alia sit coniugatio apud nos eorum verborū quorum infiniti modi præsens in er antecedente vocali vel diphthongo definit. Itaq; corrigēdus est error is qui antehac valuit semp, nūc aut pedetentim à nōnullis corrigitur. Neq; em̄ *veoir, prouveoir,*

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

vouloir, pouoir vel pouvoir, id est, videre, prouidere, velle, & posse, aliisque eiusdem generis per oir, in quo, ut scitis, i vt e pronuntiatur, sed per oer scribenda sunt. Hoc loco Antonius, Nonnullos, inquit, scio, qui hodie hanc scribendi rationem & teneant ipsi, & aliis scriptis editisque libris tenendam censcant: sed quibus causis ducti ita scribant, & scribendum putent, nondum ipse legi. Tu verò qui via & ratione omnia scribis, quam hoc loco rationem affers ad id persuadendum? Ego, inquam, alias nescio, nisi quod ita scriptum in libris quibusdam legi: me autem eò adduxit potissimum verborum origo, quam ut certam ducem sequor ipse, & alias sequi volo, qui modò pertinaces non erunt. Si enim videre nostri *veoer*, & prouidere *pourveoer*, vel *prouveoer*, velle *vouloer* duplici l, non simplici, ut vulgo solet, & posse *power*, sunt origo, in quibus e scriptum est, itemque in cæteris eiusdem generis: cur i literam potius quæ non est in origine, quam e quæ est, scribemus? Nihi afferri potest, aut obiici, nisi sola consuetudo, quæ non consuetudo dicenda est, sed corruptela, nisi ratione nitatur, doctorumq; vsu & authoritate. Hoc loco Petrus,

Nostram,

Nostram, inquit, orthographiam difficultam reddis, patru: atque haud scio, an paucos præter nos, inuenturus sis qui te imitentur. Hoc iam, inquam, sæpius mihi obiecisti: neque aliud tibi respôdere possum, nisi non difficilem me nostram rectè scribendi rationem facere, nō magis quām eos qui auorum nostrorum ætate aut paulò superiore, cùm omnes corruptè verba quæ orta sunt de Græcis, scriberent, aliter scribenda esse prolata origine docuerunt. Si enim verborum originem, iam vt sæpe & dixi & docui, negligamus, nihil certi quod sequamur, habebimus: omnésq; verba omnia scribent arbitratu suo. Quòd si nemo est paulò doctior, qui eam negligi putet oportere: nec quisquam dicere potest, quamobrem in nonnullis obseruanda sit, non in aliis, dum modo ea perspicuat: profectò tenenda est & semper & in omnibus. Tum Petrus, Veteor, inquit, ne isto modo confundas perturbésq; duo quæ in lingua nostra necessaria videntur, coniugationes, & oi diphthongi nostræ in scribendo locum. Non est, inquam, quòd hoc pertimescas. Nam vt de priore primum dicam, sicut apud Græcos infinita verba præ-

S

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

sentis temporis in eis omnia desinunt iis in
 verbis quæ vim agendi habent , & tamen
 multas coniugationes faciunt ex ea conso-
 nante siue simplici siue duplici , atque vo-
 cali , quæ syllabam illam ei antecedit : sic
 nos vnam habemus , in qua er præsentis
 infiniti modi syllaba vocalem: alteram , in
 qua eadem syllaba consonantē ferè sequa-
 tur: vt amare *aimer*, videre *veoer*. Præterita
 etiam eorum, vt scitis, diuersa sunt. Eius e-
 nim cōiugationis cuius er extrema est syl-
 laba in præsenti infiniti modi, præteritum
 in ai exit omnium, vt *aimer*, *g'aimai:parler*, *ge*
parlai. alterum autem præteritum vñā tan-
 tūm habet in omnibus & personis & nume-
 ris productionem , quam terminationem
 vocant, id est, e cum præsentis consonan-
 te, quod quidem e quoniam in hoc vt e La-
 tinum profertur, multi eo in superiore scri-
 bendo præterito pro ai abutuntur. quanq;
 non video cur vt riuisque diuersa sit produc-
 ctio, cùm ab eodē habeant originē . vt de-
 syderau, *g'hai desyrai*, & *ge desyrai*, u dēpta
 litera. Itaque ita malim scribi, quām quo-
 modo adhuc soliti fuimus scribere. Quod
 hinc etiam sciri potest, quia in cæteris con-
 iugationi-

iugationibus quotiescumque hæc duo præterita easdem syllabas habent, quod ferè fit semper, eodem etiam modo scribūtur. velluti prouidere pourueoer, prouidi *g'hai pourueu*, & *ge pourueu*: velle, *voulloer*: volui, *g'hai voulu*, & *ge voulu*: gaudere ioui, gauisus sum *g'hai ioui*, & *ge ioui*, quod malo per *g* scribi, vt leniter pronuncietur. Ea autem coniugatio cuius præsens infiniti modi in re definit, diuersas habet sola semper in præteritis terminationes, vt scribere *escrire*, scripsi *g'hai escript*, & *g'scriui*, vt *p* in *u* mutetur, non *escripui*. Neque enim *b* & *u* vel *p* & *u* simul scribenda sunt, nisi sint in origine, vt februarius, scribam *feburier*, quòd in verbo februarij vtrunque scriptum est: & lepus *liepure*. Nam si vnum eorum est tantum modo, *b* ferè in *u* mutatur, vt faba, *fēue*, faber, *fēure*: & *p* in *u*, vt rapa *raue*, piper *poūre*. Quæ cùm ita sint, vobisne iam videor confundere verborum linguae nostræ coniugationes, an distinguere & explicare? Mihi quidem certè, Antonius inquit, hæc distinguentis, non confudentis videntur esse: nec à quoquam nostrorum hominum hæc tradita esse arbitror, atque haud scio, an quisquā adhuc obseruauerit.

S ij

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

Mihi quidem, inquam, cōiugationes quatuor esse videntur, eoque ordine disponendæ quem vocales in literis tenent. Itaque non satis distinctè suas Græci explicarunt, cùm eorum verborum quæ circunflexa ab eis dicuntur, primam coniugationem fecerint eam, quæ secunda esse debet. Si enim tertiam eam faciunt esse, quæ ο μηρον in prima à postrema syllaba habet: cur non primam eam quæ α in eadem syllaba habeat, ponunt? Eadem est ratio quatuor eorum verborum, quæ in μι syllabam exeunt. Cur enim tertiam eam ponunt, quæ ο μηρον in penultima syllaba, & quartam eam, quæ in eadem ν habent in origine: ac non eadem ratione primam eam, quæ α primam scilicet & literam & vocalem in eadem syllaba habent, posuerunt, ut vocalium ordine coniugationum etiam ordo traderetur? Mihi ergo placet, qui omnia distinctè & ordine tradi volo, primam illam esse in nostris quatuor, quæ in er non purum ferè exit in præsenti infiniti modi, vt desyderare desyer. Ferè autem dixi in er non purum desinere, quod aliqua sunt, eaque per pauca, quæ ante er syllabam siue productionem, vocalem aliquam habent, vt fornoier, id est, erra-

errare, siue de via defletere. Secundam eam quæ o ante er habeat, ut videre *yeoer*, velle *yolloer*. Tertiam, quæ in re syllabam in præsenti infiniti modi excat, ut scribere *escrire*, dicere *dire*. Quartam, quæ in ir syllabam in eodem modo & tempore desinat, ut audire *ouir*, currere *courir*. Tum Antonius, Te, inquit, attente ac libenter audi mus, tam ex arte de primis linguæ nostræ institutionibus differentem: ex quibus facile intelligimus te posse omnia ad ar tem redigere, si velis. Possem equidem, inquam, si esset huius instituti. Itaque reuertendum est ad propositum. Quoniam de coniugarionum perturbatione & confusione, quam tu mihi, Petre, obiecisti, ita respondi, ut nihil à me perturbatè hoc loco, confusèque dictum traditūmve docuerim: restat, ut de oi diphthongo nostra, cui nihil à me loci in lingua nostra relinqui dixisti, respondeā. Et quoniā nec de diphthongorum nostrarum ferè numero, nec de earum origine à me suprà dictum est, propterea quòd ea tantùm excitus sum, quæ posuistis: equidem nec alienum me facturum ab officio arbitror, nec quod vobis ingratum sit, si de iis di-

S iiij

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

xero . Tum Antonius , Hæc , inquit , à te
quæsiturus fui , nisi superioribus sermoni-
bus de iis aëtum à vobis existimassem : ma-
gnáque est in eo fratri culpa , qui cùm
negocium ea quærendi quæ restarent ,
vltro sibi depoposcisset , nec fecerit ipse
quod suscepérat , nec me admonuerit , vt
quærerem . Hoc loco Petrus , Non est ,
quòd in me , inquit , culpam istam frater ,
conferas . Neque enim ita hoc quærendi
munus mihi vendicaui , quin sæpe tuo ar-
bitratu multa quæsieris : & mihi cùm sæpe
de diphthongis quærere in mentem veni-
ret , siue quòd occupares , siue suavitate o-
rationis , & copia qua patruus vtebatur , vt
alia ex aliis , sic hæc ipsa exciderunt . Ni-
mium , inquam , diu concertastis , iam con-
festa res fuisset . Tantùm mihi facite audi-
entiam . Sex diphthongos sermo noster ha-
bet , cásque à Græcis mutuatus est . Vt e-
nim illi habent sex has proprias , *αι* & *αυ* ,
ει & *ευ* , *οι* & *ου* : sic nos easdem , *αι* , *au* , *ei* , *eu* ,
oi & *ou* habemus . Pronunciationem autem
earum , tam veram & integrā tenemus ,
vt nonnulli magna etiam authoritate pre-
dicti homines , Græcas has tres , *αι* , *ει* , & *οι* , vt
nostras eis respondentes pronunciamus , à
vete-

veteribus pronūciatas esse censeant. Tum Petrus, Hoc, inquit, loco, patrue, Gallorū tam perspicuē imitationē doces, vt negare nemo possit. Sed doce nunc, si potes, locū relinqui oī diphthōgo in sermone nostro, etiā si, vt vis, per e pourueoer in præsenti modi infiniti, aliāque eiusdem generis scriban tur. Hoc, inquam, facile docere possum, tā de verbis quām de nominibus, aliisque orationis partibus. Cūm enim in sermone nostro illius diphthongi sonus auditur pronunciando, estque i vel y in origine: tū oī vel oy intelligendum & scribēdum est, vt bibere boire, non boere: pisum pois, non poés: pix poix, non poex: pyrū payre, non poére: pīcis poīçon, non poēson: itēq; in aliis generis eiusdē. Cōtrà, mensis moēs, quia e est in origine, siue sit Græca, veluti μής, siue Latina, vt mēsis, & moesson, non moisson, quia messis est ori go, & moessonner, quod à superiore nostro. i. moesson ortū est, nō à metendo, sed metiuer, quo verbo hīc, vt scitis, vtimur. Eodē modo moē. i. me, cū est ac accusādi casus vel auferendi, quēadmodū iā dixi, scribēdū est, vt cū dicim⁹ illud Gall. Est mecū, tecū, secū. Il est auecques moé, soé, soé. Et illud, Meipsum vocauit, Il m'ha appellé moé. Quid ais nūc tu Pe

tre? Téne viētū fatebere? Viētū, inquit, me
 esse fateor: nec tam dolco pertinacem me
 fuisse, quām lātor. Hoc loco Antonius,
 Nunq̄ te, inquit, à verbis antē discedere, pa-
 true, sīnam, quām mihi exposueris, cur ha-
 beo verbum Gallicè per aspirationem scri-
 bas, contra omnium consuetudinem. Iam
 tibi, inquam, à me satisfactū est, tum cùm
 non consuetudinem istam esse docui, sed
 corruptelam. Atqui aspirationem, inquit,
 non pronunciamus. Non pronunciamus,
 inquam, fateor: sed pronunciationem si in-
 scribendo, vt vis, sequamur, quām mul-
 tæ literæ nobis prætermittendæ erunt, quæ
 & rectè scribuntur, & scribendæ sunt ex o-
 rigine, quam ducem, nisi aberrare velimus,
 nos sequi necesse est? Quis est, vt in simili
 maneam, qui non verbum quod hominem
 interpretatur, *home* scribat cum aspiratio-
 ne, quæ non pronunciatur? Quòd si ii qui
 ita scribunt, non aliam rationem afferré
 possunt cur illud scribāt cum aspiratione,
 nisi illius originem: & qui illud sine aspira-
 tione scriberent, corruptè scribere diceren-
 tur: cur non & ii rectè scribere dicentur,
 qui scribent cum aspiratione verbum no-
 strum quo habere exprimimus, & vitiosè
 ii qui

ij qui idem scribent sine aspiratione? Tum Petrus, Similis est, inquit, utrobius ratio, quæ si in uno valere dicatur, valere etiam dici debet in altero. Gallos, inquit Antonius, nostros à Græcis diphthōgos sex mutuatos esse dixisti: quid? Latinorum, an tu in sermone nostro retinendas censes? De duabus tantum, inquam, quæris, quæ primæ sunt, æ, & œ: quandoquidem reliquæ tres in Græcis habentur. Mihi quidem retinendæ videntur propter & originem, ad quam semper orthographiā dirigendam arbitror: & propter differentiam. Propter originem solam, ut prætor, *præteur*, pœna, *pæne*. Differentiæ & originis causa, ut soror, *sœur*, quod securus, *sœur* dicatur. Si nihil est quod præterea in verbis quæratis, ad alia veniendum est. Tum Petrus, Commodè, inquit, secundum verba de partici- piis, quæ à verbis orta sunt, dices. Paratus sum etiam, inquam, ut ad ea properans, si quid est quod in iis quæratis, respondere. Nihil est, inquit, quod ipse quæram. Tu si quid habes, Antoni, tuum est ponere quæ- stionem. Me quoque, inquit, nihil habere profiteor. Itaque tu potius patruer, qui me- lius scis, quoniam parati sumus ad audienc-

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

dum, nobis tacentibus, si quid hoc loco animaduersione dignū est, expone. Tū ego, Pauca, inquā, esse video aut penè nulla. Nihil enim in participiis nos mutuatos esse à Græcis scio, nisi crebrū vsum participiorū præsentis præteritique temporis. Quem non intelligentes nonnulli illorū esse proprium, cùm aliquid à Græcis ad nos transferunt, crebro vsu illorum Latinam inquinant orationem. Quis enim hoc genus loquendi ferat, Veniens in hanc urbem, & inueniens quēdam in via, quem noueram, vehementer gauisus sum, & ille me videns? Et tamen si & Græcè & Gallicè dicatur, elegans erit oratio. Hoc autem notandum est vobis, quod superioribus diebus & sermonibus dixi, nulla esse ferè vocabula, in quibus scribēdis sæpius p̄ccetur, q̄ in participiis in ans & ens exētibus, idq; originis eorū siue ignoratione, siue cōtemptu. Hoc, inquit Petrus, probè meminimus. Itaq; de pronomine antè q̄ ad partes orationis quę non infleſtūtur, venias, aliquid tibi eodem modo dicendum est. Nihil, inquam, habeo quod dicā, nisi quod iā admonui, de ratione scribendi pronomina quæ primitiua dicuntur. Quanquā hoc etiam possum dice-
rc,

re, nomina illa nostra, *mon*, *ton*, quibus meū, tuum interpretamur, potiūs orta esse à Græcis ἐμὸρφος, siue τόπος, q̄ ab illis Latinis. Hoc loco Antonius, Sequuntur, inquit, deinceps aduerbia, in quib⁹ hoc primūm quæro, unde ortum sit illud nostrum, quo intus *dedans* interpretamur. A Græco, inquam, ortū est. ἐνδοφενίū enim dicitur. Ita esse, inquit Antoni⁹, arbitror. Hoc verò quo usus sum Ita, me admonet, ut multorum nostrorū quibus illud exprimimus, originē requiram. Affirmantes dicimus, *ainsi*, ut modò feci, interdū *oui*, & Aquitani *aut*, siue *oc*: in similitudine cùm ut, vel quēadmodum antecessit, & ita, vel sic sequitur: illud ita *ausi* dicimus: quænam tibi horum origo videtur? Græca est, inquam, eaque in vocabulo uno cernitur. ὑπτιος enim & ἀυτωσὶ idē quod ita efficiunt: à quorum posteriore si τις dematis, *oui* remanebit: rursus si τι detrahatis, & si ut apud Græcos pronuncietur, vel geminetur, *ouſi*, & o in a, ut interdum fieri dixi, mutato, *ausi* habebitis: rursus si o in a, & u in n, ut interdum fit, mutetur, & τι dematur, *ansi*, & hinc *ainsi* remanebit. Aquitani autem tantūm primam syllabam tenent, *outh*, siue *anth*, & *oth*, quod per g,

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

vel cpronunciant. Tum Petrus, Ohe quo
tu parietes, inquit, vna fidelia dealbasti.
Nunc meum est vicissim quærere. Cùm
quærimus, vbi sit quispiā, *on est il*, dicimus,
mihi nostrum illud ou à Latino vbi ortum
videtur. Mihi autem, inquam, non videtur,
sed potius à Græco πώ. & enim dempto, ou
nostrum manet integrum. Nec verò eo v-
timur tantum, cùm de quietis verbis quæ-
rimus, sed etiam cùm de motu agimus. vt
quò iuit? *On est il alé?* Vnde venit? *d'où vient*
il? Quà præteriit? *Par ou est il passé?* Apud
Græcos autem sunt propria. Est etiam δύ^o
apud Græcos aduerbium, quod vim quæ-
rendi non habet, sed respondendi, & illud
nostrum fecimus, in hoc dicendi genere;
Gesuis la ou tu n'es pas, id est, sum vbi non es.
Cùm asserentes, inquit Petrus, aut negan-
tes vim dicendi augere volumus, solemus
ferè dicere, *Oui da*, siue *dea*, & *non da*. Illud
da vnde sumpsimus? A Græcis hæc duo ge-
nera habemus, qui dicunt, οὐ τῷ θή, & οὐ θή,
id est, Ita certè, non sanè. Nonnulli etiam
volunt id quod plerique iurantes dicunt,
Ma dieu, ortum esse à Græco μὰ θία, id est,
per Iouem, quod affirmare nō ausim, cùm
priuatim omnes vulgò & passim aliqua
verba

verba in iurando usurpare videamus. Sæpe, inquit Antonius, mirari solco, vnde aduerbia nostra magna ex parte in mente syllabam exeant, ut cum interpretamur doctè, doctement, sapienter, saientement, per i, non per g, quia si per à Latino auferatis, saie remanebit: itemque alia eiusdem generis. Mihi, inquam, videtur hæc aduerbiorum producōio, siue à Græco uno μηδαμῶς, id est, nullo modo: siue à Latinis his quæ idem declarant, nullo modo, quæ uno nostro nullement interpretamur, habuisse originem, & hinc cætera profecta esse. Nihil enim doctè significat, nisi docto modo, vel doctorum modo, quæ uno exprimimus, cum doctement, itemq; alia dicimus. Tū Petrus, Ne tu mihi, inquit, rem acu videris attigisse, eoque pergratum sibi à te factum multi, vt spero, fatebuntur. Aduerbia hæc nostra, quæ in mente, ut d litera in t, cuius est media, mutata sit, me admonent, ut quæram vnius eiusdem productionis originē. Cum iter multi vñà faciunt, & unus ocyùs & celeriùs quam alij velint, ambulat: tum cæteri eum monent, ut lentiùs incedat, his verbis nostris, ale's plus bellement, & ale's tout beau, & ale's bellement. Hæc duo nostra à nul-

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

Io Latino quod idem efficiat, ortum video.
 Nō à Latino, inquam, orta sunt, sed à Græco. *βαῦψ* enim Græci dicūt paruum & exiguūm: hinc adverbium *βαῦς* exiliter, & exiguē: à quo s dempto, *beo* per o, & posteā o in au mutato, vt fieri docui, *beau* nostrum extitit. Qui autem elegantiū loqui studebant, *bellement* cœperūt, vt mihi videtur, dicere. Contrarium superioris, inquit Antonius, in ingressu, & in cæteris rebus, fort somenus dicere: in incessu, vt *Vous cheminés, ou alés trop fort*: in precādo, *Ge vous prie bien fort*: in gaudio, *Gefuis fort iōieus*. Hoc nostrū, inquam, à Græco habuit originem. σφόδρα enim Græci in his aliisque dicēdi generibus dicunt: vt σφόδρα χαιρω, vehementer gaudeo, itēmque in cæteris. Ab hoc igitur si primam & ultimam literam auferatis, & r inter d & o interiiciatis, *ford*, siue *phord* habebitis. Ab hoc equidem, Petrus inquit, nostrum ortum esse, non à Latino, fortiter arbitror, cùm illud non in omnibus locū habere videamus. Ne autem ab illo *beau*, quod proposui, discedā, alia ratione idē dicimus, cùm multū vel diu *beaucoup* interpretamur: quod nō ab illo ortū esse arbitror, cùm præfertim cōtrariam habeat significationē. Ita est,

est, inquā, vt ais. Ab alio enim Græco ortū est. πολλοῦ valde dicitur, & πολλάκις sæpe, si τὸ in b mutetur, & e inter b & o locetur, erit beo, sublatissq; Μα literis, is in oup mutetur, beaucoup erit. Aut si à πολλαχῶς, quod idē significat quod πολλάκις, fiat mutatio & detractio literarū: vt breuior, sic verisimilior origo videbitur. Nostrum enim illud *beaucoup* ad numerum etiam referimus, vt cùm, hæc verba Latina, sæpe numero ad te scripsi, hoc modo, *Ge vous hai escript beaucoup de fois*, interpretamur. Tum Petrus, Tot, inquit, mutationes hoc loco facis, vt hæc nostra à Græcis orta esse doceas, vt verear, ne istas origines aliis probare non possis. Hoc mihi, inquam, sæpe iam obiecessi, idque ita me refelliisse recordor, vt multa vocabula nostra tibi protulerim, quæ à Latinis consensu omnium orta essent, cùm intercà multò maiores apparerent mutationes. Quod etiam nunc mihi faciendum in re clarissima censeo, ne hæc nostra tua ista captiosa reprehensione improbentur. Nemo est enim in Latinis nostrisque paulò intelligi gètior, qui nostrū hoc *vitement* ab aduerbio Latino velociter ortum esse negare possit: & tamen aut multò plures, ac maiores, aut

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

certè pares mutatiōes fieri videmus. Quod
aliis etiam æquè illustribus exemplis doce-
rem, nisi iam sæpe quid in his obseruādum
sit, commemorauissim . Tum Antonius,
Haud scio, inquit, cur frater tibi dicēti tam
sæpe cōtradicat, & repugnet, cùm eum tri-
duo ante me, discipulum habueris . Ego e-
nīm qui te hodierno demum die de his dis-
ſerentem audire cœpi , æquiorem facilio-
rēmque me in iis quæ vera intelligam, tibi
præbeo . Itaque mihi certum est deinceps,
quandiu locus & tempus patiētur , de te ea
quærere , quorum difficilis mihi origo vi-
detur . Ac primū, vt in eadem re mancā,
velim mihi exponas , cur id quod multūm
Latini dicunt, nos prou in hoc, exempli cau-
ſa, prou de parents, & peu d'amis, Multi paren-
tes, siue propinquai, pauci amici, soliti simus
dicere . Mihi quodammodo, inquam, per-
gratum facis, quòd Petri fratris siue perti-
nacem, siue contumacem animum casti-
gas. Est autem hoc verbum nostrum ortum
a Græco . πολὺ enim multum ab illis dici-
tur, in quo vocabulo ſi l in r mutes, & inter
ꝝ & o μικρὸν interiicias, atque u vt u profe-
ras, prou nostrum videbis . Ita eft, inquit,
hancque originem quam tradis, vt veram,
multis

multis probatum iri confido. Ut autem illa nostra *prou*, & *peu* contraria sunt, *beaucoup*, & *gueres*, de quorum superiore dixisti: nunc de altero tibi dicendum est. Multum, inquam, ac diu cùm illius me origo anxiasset, tandem aliquando in cuiusdam librum incidi, in quo ille hoc verbum nostrum à variis nomine ita ortum esse docet; ut g præpositum esse dicat, eo more quo eandem literam Guilielmi nomini, quod sine g multi scribunt, præpositam à nobis videmus. Ei ego assentior, quòd varium, multum, & aliquid amplius significet, atque hoc nostro *gueres*, nisi negatione adhibita, non v tamur. Veluti cùm dicimus, *Il n'i ha gueres que suis venu*, id significamus, non esse multum temporis ex quo venimus: & cùm dicimus, *Gen'hai gueres de temps pour estudier*, id significamus, nos non multum temporis habere, quod in studiis ponamus. Sed *guaires* scribendum per ai potius propter originem videtur. Quid verò, idem inquit, de illo nostro quo sanare *guarir*, siue *guerir* interpretamur, sentis? Mihi, inquit, origo illa, quam idem eius verbi tradit, nō probatur. A variis enim nomine eam tra-

T

IOACH. PERION. DE LINGVÆ .

hit, quòd morbus multis variisque modis
in curatione mutetur: cùm à Latino cura-
re habeat originem. Si enim c in g, vt fieri
antè docui, mutetur, & a inter u & r, quod
sequitur loces, & e in i mutes, *guarir* exi-
stet. Hinc curatio, traiectis literis, & t in s,
vt in donationis, & orationis interpreta-
tione, mutato, *guarison*, & curatus, paucis
codem modis traiectis & mutatis literis,
detractaque tus syllaba, *guari* verba nostra
Latinis illis respondentia habebis. Mihi
quidem, inquit ille, tua hæc, quàm illa e-
ius quem significas, non nominas, verior
origo videtur. Quoniam multa iam de his
nostris vocabulis *gueres*, *guarir*, *guari*, &
guarison dixisti, antè quàm ad alia venia-
mus, earundem penè syllabarum vocabu-
li nostri, quod iuris ciuilis nostri est pro-
prium, originem à te quæram. In certo
quodam sponsionis genere *guarentir*, pro-
spondere, & defendere, vt scis, dicimus:
sed eius origo quæ esset, nunquam potui
inuenire. Eam, inquam, Latinam esse exi-
stimo. Cauere enim dicimus lingua nostra
garer, cùm aliquem monemus, vt sibi in pe-
riculo prospiciat, vel abeat, ne quid ei mo-
lestiæ

lestiæ aut negocij faceſſamus. *Gare* enim,
 & *gare toy*, & *gare toy d'ici*, dicimus, id est,
 caue, ſiue caue tibi, Latinè. Hinc *garentir*,
 & ex hoc *garent*, penè cauens, *garenti*, & *ga-*
rentie orta ſunt. Hanc quidem, inquit, ve-
 ram eſſe horum verborum noſtrorum ori-
 ginem arbitror, quæ adhuc, quod ſciam,
 à nemine explicari potuit. Mihi, ut ferè
 fit, aliud ex alio incident. In aduerbiis in-
 terrogationis propriis quædam ſunt quo-
 rum incognita eſt mihi, atque, ut opinor,
 multis aliis origo. Primum illud *mon*, quod
 adhibemus, cùm hoc *mon* ferè; *Aſçauoér*, ou-
ſçauoér mon ſi, pro vtrum, interrogamus.
 Eſt, inquam, aduerbiū hoc Græcum, iſſ-
 déinque prorsus literis ſcribitur. μὲν enim
 per ω cum accentu circumflexo, vtrum ſi-
 gnificat. Extra interrogationem affirma-
 tes aliquid, ſiue interrogamur, ſiue noſ
 interrogamur, aliud *mon* ſolemnis dicere,
 quod à Græco μὲν, pro quidem & certè,
 & in o mutato ortum eſt. Cuius exemplum
 eſt huiusmodi, ſ' eſt *mon*, cùm aliquis affir-
 mat, Ille venit. Debet autem per ſ' ſ' eſt,
 hoc loco cum apostropho ſcribi, propter-
 è quòd, ſic eſt, efficit. Ut etiam cum ε

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

tantum destracto , alio exempli causa , ne-
gante cum venisse quem venisse scimus , si
est , vel , si , solum , ut hodie plerique Italorū
more faciunt , respondemus : itēmque cūm
deponere pignus volumus , & dicimus , *Ge-
gāie que si* , id est , depono sic esse . Atque
vt ad interrogandi aduerbia reuertar , il-
lud etiam à Græcis habemus , quod si , vt
illi ei , & in principio interrogationis di-
cimus , vt , *Gete demande , si ton pere est venu* ,
id est , quæro ex te , paternè tuus venerit .
Et , asçauoer mon s'il est venu : & in media o-
ratione post verba ignorationis , & cogni-
tionis , aliisque permultis : vt , *Geſçai bien , ou ,
ge ne ſçai s'il est venu . i. ſcio , aut nescio , an ve-
nerit . Hoc quoque nobis est cum illis com-
mune , quod in ſecūda parte interrogatio-
nis quæ est superioris contraria , ou ſem-
per , vt illi h̄ , dicimus . οὐκ ὅδος εἰ ἔλθεψις , h̄ ,
id est , *Ge ne ſçai s'il est venu , ou non* . In inter-
rogatione post eſt verbum ſolum , ce parti-
culam ponimus , quæ mihi ne Latino-
rum videtur respondere : quod multi non
intelligentes eſſe per duplex ſ corrupcione
ſcribunt . Quod vitium ut corrigatur , ex-
empla proferam . Cum aliquò euntes nos
ad*

ad locum peruenisse putamus, hoc modo eos rogamus, qui nos ducunt, *Est ce ici?* id est, *Est ne h̄ic?* in quo interdum duo aduerbia interrogandi more Græcorum ponimus, ut cùm rogamus eosdem, de lóco, *Où est ce?* id est, vbi est, scilicet locus quò imus? De homine etiam rogamus, *Est ce yn home docte?* id est, *Est ne vir doctus?* Tum Antonius, Hoc loco, inquit, non solùm verborum nostrorum originem quæ obscura videbatur, tradis, sed etiam multorum in scribendo vitia doces. Nunc quoniam nihil mihi in aduerbiis præterea occurrit, quod quæram, ad coniunctiones tibi veniendum est, vt exponas, si quid à Græcis mutuati sumus. Eò, inquam, properabam. Hoc primùm ab eis habemus, quòd vt illi ꝑ coniunctionem coniungendis multis rebus sæpe dicunt: sic nos & solemus dicere contra morem Latinorum, apud quos vitiosus est creber & coniunctionis in eadem verborum comprehensione usus, sine aliarum idem efficientium, vt que, ac, atque adiunctio-
ne, nisi ante primum verbum collocetur. Quod eodem modo de *ou* nostro, vt apud

T iii

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

Græcosque, id est, vel, iudicandum est. Ab eisdem etiam mutuati sumus id quod in concludendo, si don dicimus. Illi enim eiōw, id est, Si ergo dicunt. Itaque tantum præposuimus vocalitatis gratia. Ex quo intelligi par est, melius eos, qui c non addunt, & pronunciare & scribere. Nec verò tantum post si coniunctionem don concludentes aliquid, dicimus, ut nec illi post ei, sed etiam ferè in conclusione: ut cum dicimus, *Retornons don à nostre propos*, id est, Reuertamur ergo ad propositum: itemque in aliis generis eiusdem. Quod si originem in scribendo, ut iam sape docui, sequi debemus, per ou diphthongum don scribendum est. Dicam etiam de alia coniunctione, quam à Græcis habemus. In iis quæ aduersatiæ dicuntur, est apud illos καὶ, pro ειὶ, eaque ferè in posteriore, aut etiam postremo circumscriptionis membro vtuntur. Nos quoque eandem iisdem literis adhibemus, & cum verbo subiunctivi modi, ut illi, iungimus. Tale exemplum est, *Ge ne vouldroë offenser Dieu, can ie deburoë mourir:* id est, *Deum nolle offendere, etiam si moriendum mihi*

hi esset. Qui hanc illius, id est, veram originem ignorant, per u & d in fine scribunt, propterea quod à quando Latino vocabulo ortam esse arbitrentur. Hinc barbari multi, cùm Latinè eam interpretari volunt, quando pro & si, vel etiamsi soliti sunt dicere. In multis narrandis, cùm ordinem seruare volumus, quod post primum deinde dicunt Latini, nos *epuis* dicimus, quod est planè Græcum. ἐπειτα enim dicunt. Rustici originem magis retinent, qui non *epuis*, sed *epe* pronunciant. Etsi autem aduerbum est ordinis in hac significatione: tamen hoc loco illud tractare malui, propterea quod alias est coniunctio. ut cùm dicimus principio totius orationis, *Puis que ge veul traicter & parler de la science d'Astrologie*: id est, Quoniam, siue quia propositum est mihi de Astrologia differere. Græci enim ἐπει, & ἐπειτα hoc dicunt. Agrestes etiam hoc loco magis originem seruant. Illi enim *epéque* dicunt. Cùm vt coniunctionem quæ finis est, exprimimus, *afin* solemus dicere. Hoc nostrum *afin* à Græca coniunctione *hæ* ortum esse existimo. Si enim a primam literam

T iiij

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

facias, & p interiicias *aphin* existet. Itaque errant, qui dupliç ff hanc scribunt, vt etiam qui *afaire*, id est, negocium. Dixi hesterno sermone *car* nostrum esse γέρ
Græcorum, γ in c mutatione. Si quid habes, quod præterea quæras, proponito. Nihil, inquit Antonius, habeo iam in coniunctionibus, ita quasi diuinans quid quæsitus essem, omnia explicasti. Itaque de præpositionibus si quid à Græcis ortum esse scis, velim differas. Tum ego, Si omnia, inquam, velim quæ mihi occurruunt, dicere, nos non dies tuquidem, quia iam aduerserascit, sed nox antè deficiet, quām ullam partem absoluero. Ita pauca tantūm dicam, antè quām nox quæ appetit, nos opprimat. Evidens quidem illa est imitatio, qua nos vt Græci, cum verbis infiniti modi præpositiones iungimus. Ab illis etiam habemus, quòd præpositiones iungimus cum aduerbiis, vt si essent nomina. ἀπὸ τοῦ νῦν, des a present. ēn τότε, des a tors, itēmque alia eiusdem generis. Hoc etiam commune cum illis habemus, quòd nominibus propriis locorum semper præpositio-nē adiungimus. vt ḥn eip̄l c̄ Pōun, Ge ne suis
a Rome,

à Rome, siue *en Rome*. ἐπ enim præpositio-
nem pro in Latina triuimus, nec in un-
quam dicimus, nisi in paucis verbis quæ
iuncta siue composita dicuntur, ἔχομαι εἰς
ἴεροσόλυμα, id est, venio Hierosolyma, Gal-
licè, *Ge vois & ge viens en Hierusalem*. εἰς a-
pud Græcos sæpe cum verbis quietis iun-
gitur: nos pro illa sæpe εἰς dicimus, sed
tantum in numero multitudinis. velut, *Ge
suis es forbourg de Cormeray*: id est, sum in sub-
urbanis Cormœtiacenis. Cum medium
loci volumus significare, *An mitan* dici-
mus, quod à Græcis habemus, qui εἰς
μεταξὺ dicunt. De futuro dicimus, *Mes que
g'hais soupé*: id est, postquam cœnauero:
quod μετά cum infinitivo iunctum efficit,
vt μετά τὸ διπνέω. Alio *mes* utimur pro sed
Latino, à Græco μέν τοι in secundo mem-
bro orationis. Ex quibus intelligi licet eos
errare qui *mais* utrumque per aī scribunt.
Quod Latini circum & circiter dicūt, nos
environ dicimus, ab ἀμφὶ, vt opinor. Quan-
quam verbum nostrum quod círcumire
interpretatur, id est, *enuyronner*, vel à Græ-
co ἐγγύεσθαι, vel à Latino ambire ortum est.
Quod etiam Latini post dicunt, nos *après*,

IOACH. PERION. DE LINGVÆ

potius à Græco ἀπό, quam ab illo Latino or-
tum videtur. ut cum dicimus, *Aprés dipner,*
post prandium: Græci dicunt, ἀπὸ τῆς ἀρτσία.
Quod iidem dicunt, ante, nos deuant, po-
tius à Græco ἐναρκεῖ, quam ab ante præposi-
tione ortum est. Nam quod enuers, id est, er-
ga dicimus, ab aduersus præpositione, cum
in bono dicitur, ductum est. Quod autem
dicimus, *Et pourtant, siue & partant,* id est,
ob eamque causam, ab hoc Græco ἡ διὰ
τῆς ὄρτυ arbitror. Me quidem plura e-
tiam dicere cupientem nox impedit. Vo-
bis autem hæc nostra, vel solis, vel inter
vos recolere atque repetere licebit tātisper,
dum ex hac tam longa disputatione me a-
nimūmque reficiam, & ad novum sermo-
nem de linguae nostræ cū Græca cognatio-
ne in iis que ad collocata verba generaque
dicēdi pertinēt, cōparem. Tum Petrus, V-
tinam, inquit, iam is dies adsit. Nihil enim
vnquam mihi tam longum fuit, quam tem-
pus omne quod intercedet, erit, que admo-
dum ex dolore quem maximum ex sermō-
nis huius intermissione, vt scis, cepi, au-
guror. Quæ cum dicta essent, discessimus.

F I N I S





